



H. FREYMANN

LADINA
KEELE
LUGEMIK

ks

H. FREYMANN

LADINA KEELE LUGEMIK

ÕIGUSTEADUSKONNA ULIÕPILASTELE



EESTI RIIKLIK KIRJASTUS
TALLINN 1958

EESSÕNA.

Käesolev lugemik on määratud õppevahendiks TRÜ Õigusteaduskonna statsionaarseile ja mittestatsionaarseile üliõpilastele.

Lugemiku esimene osa sisaldab vastavalt läbivõetavale grammatilisele materjalile süstemaatilises järjekorras esitatud harjutuslauseid peamiselt sententside, vanasõnade ja mitmesuguste rooma autorite väljendite näol. Iga pala järel on antud mõned eestikeelsed laused tõlkimiseks ladina keelde.

Lugemiku teine osa sisaldab pikemaid väljavõtteid rooma juriidilistest tekstidest.

Kõik palad on varustatud sõnastiku ja seletustega.

Avaldan tänu TRÜ õppejõududele E. Ilus'ale, H. Kadari'le, K. Ramul'ile, K. Reitav'ile, R. Kleis'ile ja L. Gross'ile, kellede näpunäited on tööle mitmeti kasuks tulnud.

Koostaja.

ESIMENE OSA

*I deklinatsioon. Praesēns indicātīvi
(esse, I konj.).*

I

1. Eurōpa est terra. 2. Italia est terra Eurōpae. 3. Lȳdia et Anna sunt amīcae. 4. Agricolae terram arant, nautae nāvigant. 5. Magistra sum, discipulae estis. 6. Īnsula est patria nautārum. 7. Puellam adoptāmus. 8. In Āfricā sunt silvae palmārum. 9. Palmae cōpiam aquae amant. 10. Fēmina est in tūtēlā. 11. Stēllae nautis viam mōnstrant. 12. Īra saepe causa iniūriae est. 13. Poētae industriam agricolārum laudant. 14. In terrā est vīta, in lunā nōn est. 15. Cūr male labōrātis? 16. Ibi victōria, ubi concordia. 17. Historia est magistra vītae. 18. Amat victōria cūram.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Me oleme (nais)õpilased. 2. Itaalia on poeetide maa. 3. Sa adopteerid tütarlapse. 4. Te olete eestkoste all. 5. Kuu ja maa on tähed.

Harjutus 2. Deklineerida:

causa, tūtēla, iniūria, patria, amīca

Praesēns indicātīvi āctīvi (I ja II konj.).

II

1. Culpam negant. 2. Calumniae causā. 3. Valē, valētis, valēte!
4. Lūna saepe figūram litterae C habet. 5. Labōrāre et studēre dēbēmus. 6. Pecūniam filiae dat. 7. Cūrā, labōrā, studē! 8. Nōlī accūsāre! 9. Nihil semper flōret. 10. Sententiam Scaevolae probāmus. 11. Magistra rogat, discipula respondet. 12. Quis docet? Ego doceō. 13. Nōn semper lūnam vidēmus. 14. Lībram tenēre optāmus. 15. Respondēte, cum interrogō. 16. Nōlīte tacēre! 17. Centum dare spondēs? — Spondeō. 18. Experientia docet.

19. Scientia potentia est. 20. Ubi pigritia, ibi inopia. 21. Haud semper errat fāma. 22. Notā bene! 23. Contumācia cumulat poenam. 24. In sententiā manet.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ärge süüdistage! 2. Ma soovin töötada ja õppida. 3. Sa hoiad kaalu. 4. Scaevola jääb oma arvamuse juurde. 5. Te ei oma raha (Teil ei ole raha).

Harjutus 2. Deklineerida:

culpa, pecūnia, cōpia, libra, sententia

Harjutus 3. Konjugeerida:

negāre, accūsāre, habēre, tenēre, dare

Praesēns indicātīvī āctīvī (III konj.).

III

1. Latīnē legimus et scrībimus. 2. Ego condemnō et tū absolvis. 3. Quod agitis, bene agite! 4. Patriam amāmus, patriam dēfendimus. 5. Nōlī dīcere, sī tacēre dēbēs. 6. Bene vīvimus et multum labōrāmus. 7. In tabulīs scrībītis. 8. Disce et docē! 9. Fābulās poētārum libenter legimus. 10. Pecūniam solvere dēbētis. 11. Vince iram! 12. Bene discere dēbēs. 13. Quid dīcis? Nihil dīcō, taceō. 14. Dum vīvimus, labōrāre dēbēmus. 15. Causam dīcere. 16. In cūstōdiam addūcere. 17. Nōn scholae, sed vitae discimus. (Sen.) 18. Primō dēliberāte, deinde dīcite! 19. Epistula nōn ērubescit. (Cic.) 20. Quī nōn labōrat, nōn edit.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Armastage ja kaitske kodumaad! 2. Me peame raha maksma. 3. Te mõistate süüdi ja mõistate õigeks (vabaks). 4. Nad kirjutavad testamenditahvlikestele. 5. Scaevola annab kohtus seletust (vastust).

Harjutus 2. Konjugeerida:

scrībere, dīcere, condemnāre, agere, absolvere

Praesēns indicātīvī āctīvī (III konj. io-lõpul.; IV konj.).

✓ IV

1. Quid facis? Epistulam scrībō. 2. Nōlī facere iniūriam! 3. Fugit hōra, fugiunt annī. 4. Dīcere nōn est facere! 5. Vēndimus et pecūniam accipimus. 6. Fac viam! 7. Nātūra nihil facit frūstrā.

8. Centum dare prōmittis? — Prōmittō. 9. Audīte et intellegite!
10. Sciunt, quia audiunt. 11. Servī patriae libenter et honestē!
12. Interdiū labōrāmus, noctū dormīmus. 13. Quod nescīs, nōlī
dicere! 14. Sī bene audīmus, bene discimus. 15. Nōlīte pūnīre!
16. Tantū scīmus, quantum memoriā tenēmus. 17. Cūstōdīre
optātis. 18. Sī tacēs, cōsentīs. 19. Servī sapientiae et litterīs, nōn
glōriae et dīvitiīs! 20. Ut sentīmus, ita dicimus. 21. Quī quaerit,
reperit.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma müün ja saan raha. 2. Äрге tehke ülekohut! 3. Kui
otsid, (siis) leiad. 4. Miks te karistate? 5. Nagu mõtlen, nõnda
ütlen.

Harjutus 2. Konjugeerida:

accipere, pūnīre, facere, vēndere, cūstōdīre

Harjutus 3. Deklineerida:

via, nātūra, epistula, tabula, sapientia

II deklinatsioon (masc.).

✓ V

1. Reus nihil dēbet. 2. Amīce, salvē! 3. Nōn magister ad
discipulum venīre dēbet, sed discipulus ad magistrum. 4. Advocātus
reum dēfendit. 5. Arbitrī reōs aut condemnant, aut absolvunt.
6. Stichus est servus. — L. Titius dominus est. 7. Quis est
dominus servī? 8. Dūc discipulum ad magistrum! 9. Titius,
dominus fundī, servum vēndit et pecūniam accipit. P. Semprōnius
servum emit et pecūniam Lūciō Titiō dat. 10. Avē, magister! Valē,
magister! 11. Ovidius est poēta Rōmānōrum. 12. Rōmānī Rōmam
amant. 13. Populus iubet et cōstituit. 14. Iūliānus sententiam
Titii probat. 15. Vicīnus equō agrum arat. 16. Petrōnius est arbiter
ēlegantiae. 17. Lupus in fābulā. 18. Elephantum ex muscā facis.
19. Deus ex māchīnā. 20. Cūra prōdigī.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Rahvad käsivad ja otsustavad. 2. Vahekohtunik mõistab
kaebealuse (süüaluse) kas süüdi või õigeks. 3. Õpetaja õpetab,
õpilased õpivad. 4. Tere, Titius! 5. Sempronius ostab ja müüb orje.

Harjutus 2. Deklineerida:

domīnus, arbiter, reus, poēta

Harjutus 3. Konjugeerida:

iubēre, adoptāre, cōstituere, venīre, emere

✓ VI

1. Bellum incolis periculum parat. 2. Periculum est in morā. (Liv.) 3. Fac tēstāmentum! 4. L. Titius tēstāmentum facit. 5. Magister discipulō praemium dat. 6. Viri habent arma. 7. Librī sunt quasī arma discipulōrum. 8. Ager frūmentum praebet. 9. Nōn mūrī, sed viri sunt praesidium oppidī. 10. Inter bella et pericula nōn est locus ōtiō. 11. Argūmentum ā contrāriō. 12. Curriculum vitae. 13. Ignōrantia nōn est argūmentum. (Spin.) 14. Sine irā et studiō. (Tac.) 15. Quī dat mūtuum, amicum vēndit, inimicum emit. 16. Ex officiō. 17. Verba docent, exempla trahunt. 18. Ad ācta. 19. Ōtium post negōtium. 20. Ācta ēmendāre. 21. Irā initium insāniae est.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Testament on kehtiv. 2. Ülekohus on sageli sõdade põhjuseks. 3. Tõestused vastaspooltelt. 4. Nad parandavad protokolle (akte). 5. Mehed on isamaa kaitseks (kaitse).

Harjutus 2. Deklineerida:

tēstāmentum, mūtuum, ager, praesidium, littera

Harjutus 3. Konjugeerida:

ēmendāre, trahere, fugere, tenēre, servīre

I ja II deklinatsiooni adjektiivid.

VII

1. Sententia Pauli vērā est. 2. Puer librum Latinum tenet. 3. Terram Italiae oppida clāra, agrī lātī, silvae māgnae ōrnant. 4. Causa iūsta est. 5. Litterae variās fōrmās habent. 6. A. Agerius et N. Negidius adversārii sunt. 7. Libram aēneam teneō. 8. Probī amīcī amīcīs sunt exempla industriae et dīligentiae. 9. Culpam nostram negāmus; culpam vestram negātis; culpam suam negant. 10. Culpā amīcī mei lāta est. 11. Vicīnus meus aquam per fundum suum dūcit. 12. Populus Rōmānus liber est. 13. Avē atque valē, mī fili! 14. Per aspera ad astra. 15. Dolus malus. 16. Errāre hūmānum est. 17. Tūtēla tēstāmentāria et lēgitima. 18. Magister bonōrum. 19. Causa pūblica et causa privāta. 20. Nōn multa, sed multum. 21. Fūrtum manifestum et fūrtum nec manifestum. 22. Aliēna vitia in oculis habēmus, ā tergō nostra sunt.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma süüdistan oma naabrit. 2. Era- ja avalik testament. 3. Meie rahvad võidavad. 4. Sa eidad oma jämedat hooletust. 5. Minu sõber kiidab heaks sinu seisukoha.

Harjutus 2. Deklineerida:

causa pūblica, fundus suus, furtum manifēstum, populus liber, libra aēnea, ager pūblicus

Apud arbitrum.

Arbiter noster Marcus Tullius est vir labōriōsus et iustus. Hodiē apud arbitrum multae causae privātae sunt: dē dēbitis pecūniariis, dē tēstamentis et dē mandātis. Prīmus reus iam in iūdicīo est, cēterī reī etiam in iūdicīo sunt. In numerō causarum prīma est causa mea dē mandātō et dēbitō pecūnariō. Adversārius meus est Gāius Semprōnius.

Imperfectum indicātivī āctīvī.

VIII

Dē Italiā antiqūā.

Italia est terra Eurōpae et patria linguae Latīnae. Lingua Latīna est lingua populī Rōmānī. Incolae primī Italiae agricolae erant. Nātūra Italiae pulchra est. Rōma est in Italiā. Rōma antiqva erat oppidum parvum. Inter Rōmānōs erant dominī et servī. Vīta servōrum molesta erat. Bona dominōrum Rōmānōrum erant — servī, equī, mūlī, item praedia rūstica et urbāna: fundī, domicilia.

1. Reus culpam suam negābat. 2. Servī dominis suis serviēbant. 3. Fīlius meus per fundum tuum aquam dūcēbat. 4. Fēmina in familiā virī suī locum filiae obtinēbat. 5. Servōrum officia varia erant: aliī terram colēbant, aliī in agrīs labōrābant, aliī domī ministrābant, aliī puerōs et puellās docēbant, aliī alia faciēbant. 6. Advocātus in forō causam dīcēbat. 7. Candidātus togam candidam gerēbat. 8. Amīca tua librum Latīnum tenēbat. 9. Gallī magnās terrās, sed parva oppida habēbant. 10. Dominī saepe servōs pūniēbant. 11. Rōmānī bellum diūturnum cum Gallīs gerēbant. 12. Argūmenta falsa. 13. Persōna grāta. Persōna nōn grāta. 14. Ēdictum perpetuum.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Muistne ori orjas isandat. 2. Me eitasime oma sütid. 3. Teie naaber juhtis vee läbi meie krundi. 4. Titus koostas testamendi. 5. Isandate varandus oli mitmesugune.

Harjutus 2. Konjugeerida:

gerere, ministrare, punire, obtinere, facere

IX

1. Amāmus et semper amābimus patriam nostram. 2. Vērum amīcum pecūniā nōn parābis. 3. Inimīcōrum cōpiās nōn timēbāmus, nōn timēmus et nōn timēbimus. 4. Quod hodiē nōn est, crās erit. 5. Quid tacēs? Convincam, sī negās. (Cic.) 6. Quid ibi faciēs? 7. Ait praetor: sī nōn habēbunt advocātum, ego dabō. 8. Vitia erunt, dōnec hominēs. 9. Ubi crās eris? 10. Aulus Agerius vaccam vēndet. 11. Virī patriam armīs dēfendent et cūstōdient. 12. Imperātor dēcrētō vel ēdictō vel epistulā cōstituēt. 13. Librum dē oppidīs Graecōrum et Rōmānōrum legēmus. 14. Mātrimōnium iūstum (lēgitimum). 15. Peregrīnī dēditīciī. 16. Tabula rāsa.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Advokaat kaitseb kohtualust. 2. Me oleme homme eestkoste all. 3. Te müüte hobuse ja saate raha. 4. Rahvas käsib, käskis ja alati käsib. 5. Kui sa võitléd vapralt (fortiter), päästad sa kodumaa.

Harjutus 2. Konjugeerida:

amāre, timēre, dare, convincere, cūstōdīre

amāre. mütä a mütä c tō mütä mütä

III deklinatsioon (masc.).

X

1. Reus āctōrī nihil dēbet. 2. Cēnsōrēs mōrēs populī regunt. (Cic.) 3. Iūcunda est praeteritōrum labōrum memoria. 4. Grammaticī — cūstōdēs Latīnī sermōnis. (Sen.) 5. Sine labōre vīta hominū misera est. 6. In silvīs Eurōpae olīm leōnēs habitābant. 7. Glōria et honor māgnus sunt praemium labōris. 8. Multi flōrēs sunt sine odōre. 9. Nēmo dēbet esse iūdex in propriā causā. 10. Cōnsilium ducum peritōrum mīlitibus placet. 11. Praetor peregrīnus. 12. Fūr improbus. 13. Plēnus venter nōn studet libenter. 14. Necessārius hērēs. 15. Quot hominēs, tot sententiae. 16. Nēmo iūdex sine āctōre. 17. Perīculum est ēmptōris. 18. Error calculī et error in persōnā. 19. Honōrēs mūtānt mōrēs. 20. Nōn rēx est lēx, sed lēx est rēx. 21. Legātī prō praetōre.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Tsensorid olid kommete valvurid. 2. Kohtunik mõistis kaebeluse õigeaks. 3. Töö on töökale inimesele meeldiv. 4. Hageja esines kohtus omas asjas. 5. Preetor kandis valget toogat.

Harjutus 2. Deklineerida:

11 16 necessārius hērēs, cūstōs iūstus, praedium rūsticum, tūtēla lēgitima, praetor peregrīnus

Dē militibus Rōmānis.

Māgnus erat numerus militum Rōmānōrum. Militēs Rōmānī aut peditēs erant aut equitēs. Arma peditum et equitum māgnifica erant. Peditibus erant gladii, pila, lōricae, galeae, scūta. Arma equitum ab armīs peditum nōn admodum dīversa erant. Equitibus Rōmānīs equī ēgregiī erant. Māgna erat cōstantia militum Rōmānōrum. Militēs Rōmānī cūstōdēs et dēfēnsōrēs patriae erant. Militēs Rōmānī victōrēs multōrum populōrum erant. Praemium labōrum militum erat victōria et glōria et honor patriae. Māgna erat in Rōmānīs amor patriae.

Perfectum indicātīvī (esse).

XI

Dē Cicerōne.

Multi fuērunt clārī ōrātōrēs Rōmānōrum et Graecōrum. In numerō clārōrum ōrātōrum Rōmānōrum fuit Cicero. Glōria Cicerōnis māgna est; nam Cicero nōn solum ēgregius ōrātōr fuit, sed etiam impavidus dēfēnsor patriae et clārus scrīptor. Māgnus est numerus librōrum Cicerōnis. Māgnus patriae amor, māgna industria, māgna cōstantia in Cicerōne fuit.

Perfectum indicātīvī āctīvī. Supīnum.

1. Eloquentia multōrum Graecōrum māgna fuit. 2. Cōsulēs dēcrēvērunt. 3. Magistra discipulās suās laudāvit. 4. Ubi herī fuistis, arbitri? 5. Lūcius Titius uxōrem Maeviam dūxit. Deinde Maevia Titiō repudium mīsit atque Aulō Seiō nūpsit. 6. Ad fluvium Alliam Gallī Rōmānōs vīcērunt. 7. Lūcius Titius nepōtēs suōs aequīs partibus hērēdēs scrīpsit. 8. Cūr mea cōsilia neglēxistī? 9. Dux, postquam animōs militum ōrātiōne cōfirmāvit, sīgnum pūgnae dedit. 10. Legātī vērunt pācem petītum. 11. Biturīges ad Aeduōs lēgātōs mīserunt rogātum subsidiū. 12. Salūtātum vēnimus. 13. Vēnī, vīdī, vīcī. 14. Dixī et animam levāvī. 15. Oleum et operam perdidī. 16. Est, ut dixī. 17. Dē officiō praetōris. 18. Secundum āctōrem.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Kohtunik mõistis (kohtus) kaebeluse süüdi. 2. Roomlaste sõjad ei olnud mitte alati õiglased. 3. Advokaat abiellus hageja tütrega. 4. Tulen süüdistama. 5. Sa tegid hästi, et (quod) vaikisid.

Harjutus 2. Konjugeerida:

salūtāre, petere, dare, dūcere, facere

XII

1. Nōs hodiē in iūdicīō fuimus, vōs herī ibi fuerātis.
2. Ante bella Pūnica tōtam ferē Italiam Rōmānī expūgnāverant et multīs proeliīs populōs Italiae superāverant.
3. Sī quaesieris, inveniēs.
4. Sī bene didiceris linguam Latīnam, aliās linguās facile discēs.
5. Scīpiōnis filiae ex aerārīō dōtem accēpērunt, quia nihil illis reliquerat pater.
6. Actio rēcta nōn erit, nisi rēcta fuerit voluntās.
7. Quidquid ēgerō, continuō sciēs. (Cic.)
8. Leōnidās Thermopylās occupāverat ibique Persās exspectāvit.
9. Quidquid fēceris, approbābō.
10. Nōn crēdam, nisi lēgerō.
11. Vānam glōriam quī sprēverit, vēram habēbit. (Liv.)
12. Helvētīi iam per angustiās suās cōpiās trādūxerant et agrōs Haeduōrum vāstābant.
13. Sī quis filiō filiaeque tēstamentō tūtōrem dederit et ambō ad pūbertātem pervēnerint, filius quidem dēsinit habēre tūtōrem, filia vērō nihilō minus in tūtēlā permanet.
14. In dubiō secundum dēbitōrem.
15. Ut sēmentem fēceris, ita metēs.
16. Ā sententiā.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Konsul oli otsustanud.
2. Kui (me) otsime, (siis) leiame.
3. Ma koostasin testamendi, kui pärija tuli.
4. Me ei usu, kui me ei ole lugenud.
5. Ma olin täna preetori juures, seal, kus sa eile olid.

Harjutus 2. Moodustada põhivormid ja konjugeerida:

invenīre, quaerere, scīre, accipere, vāstāre

Harjutus 3. Deklineerida:

bellum Pūnicum, ōrātor clārus, mōs Rōmānus, causa propria, praemium māgnum

III deklinatsioon (fem.).

XIII

1. Manifēstum nōn eget probātiōne.
2. Iūdicēs, quī ex lēge iūdicātis, obtemperāre lēgibus dēbētis. (Cic.)
3. Prō patriā, prō libertāte, prō vitā certāmus. (Sall.)
4. Lēgis virtūs est imperāre, vetāre, permittere, pūnīre. (Modest.)
5. Iūstitia est laus māgna iūdicum.
6. Lēgēs duodecim tabulārum sunt lēgēs Rōmae antīquae.
7. Adhūc sub iūdice līs est. (Hor.)
8. Dominīs in servōs vitae necisque potestās erat.
9. Fūrem nocturnum lēx XII tabulārum permittit occīdere; diurnum autem tum dēmum, sī sē tēlō dēfendit.
10. In pūgnā plērumque nōn numerus militum, sed fortitūdō vincit.
11. Libertātem retinuimus, sed civitātem amīsimus.
12. Tribūnī plēbis māgnam potentiam habēbant.
13. Nulla rēgula sine exceptiōne.
14. Reus in exceptiōne āctor est. (Dig.)
15. Mōs lēgem regit.

16. Dūra lēx, sed lēx. 17. In fraudem lēgis, in fraudem crēditōrum.
18. Actio in persōnam. 19. Hērēditās interdum damnōsa est.
20. Tēstimōnium paupertātis.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Sa kaotasid vabaduse. 2. Antiikaja rahvaste juures olid orjad isandate võimu all. 3. Rooma riik oli sageli suures ohus. 4. Eksimus tehingus. 5. Seadus on alati kindel.

Harjutus 2. Deklineerida:

hērēditās tēstāmentāria, fūr nocturnus, causa prīvāta, dolus malus, lēx dūra

III deklinatsioon (neutrum).

XIV

1. Obligātiō est iūris vinculum. 2. Nūllum crīmen, nūlla poena sine lēge. 3. Sub nōmine pācis bellum latet. (Cic.) 4. Sunt et bellī, sicut pācis iūra. (Liv.) 5. Per agrum vicinī mei iter faciō. 6. Iūris lēgumque perītus. (Hor.) 7. Auctōrem opus laudat. 8. Prīvātōrum conventiō iūri pūblicō nōn dērogat. 9. Ō tempora, ō mōrēs! 10. Nox placet sceleri. (Sen.) 11. Dē factō. Dē iūre. 12. Iūra nōvit cūria. 13. Caput habēre. Caput nōn habēre. 14. Mēns sāna in corpore sānō. (Iuv.) 15. Historia temporum antiquōrum hominēs dēlectat. 16. Persōnae suī iūris. Persōnae aliēnī iūris. 17. Liberum corpus aestimātiōnem nōn recipit. 18. Pignoris causa est indīvidua. 19. Error in negōtiō, in persōnā, in corpore, in substantiā.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Riigi- ja eraõigus. 2. Preetor läks üle naabri krundi. 3. Muistseil aegadel oli kaht liiki (genus) inimesi (kaks inimeste liiki): vabad ja orjad. 4. Õigus elu ja surma üle. 5. Itaalia pealinn on Rooma.

Harjutus 2. Deklineerida:

iūs honōrārium, cīvitās Rōmāna, pignus indīviduum, mōs bonus, caput hūmānum

In iūre, in iūdicīō.

Aulus Agerius apud Numerium Negidium mēnsam argenteam dēposuit, sed Numerius Negidius dolō malō mēnsam nōn reddidit. Tum āctor (Aulus Agerius) reum (Numerium Negidium) in iūs vocāvit. Iūrisdictiōnem Rōmae praetor urbānus habēbat. Āctor

in iure apud praetorem a reo mensam vel pecuniam postulavit. Praetor ius dixit et actori legis actionem dedit atque iudicem dedit. Iudex in iudicio reum condemnavit.

Praesens indicativi passivi.

XV

1. Actionem praetor dat. — Actio a praetore datur. 2. Leges regunt populos. — Populi legibus reguntur. 3. Cicero Catilinam accusat. — Catilina a Cicerone accusatur. 4. Matrimonium dissolvitur aut bona gratia, aut cum ira animi. (Dig.) 6. Consilium a iuris perito datur. 7. Imperitia culpa adnumeratur. 8. Augetur memoria, si exercetur. 9. Natura, non poena ab iniuria arcemur. 10. Lige XII tabularum prodigo interdicitur suorum bonorum administratio. 11. Dons aut datur aut promittitur. 12. Si libidinibus regeris, servus es. 13. Nihil recte sine exemplo docetur aut discitur. 14. Sine legibus nulla est civitas, nam civitas legibus continetur. 15. Tantum ex lege Iulia et Papii Poppaei iure liberorum tutelam liberantur feminae. 16. In maleficiis voluntas spectatur. 17. Malo alieno saepe docemur. 18. Rati habitio mandato comparatur. 19. Beneficium invito non datur.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Kaebelune mõistetakse kas süüdi või vabaks. 2. Jämedat hooletust kõrvutatakse (võrreldakse) tahtlusega. 3. Ühiskonna maad jagatakse rahvale. 4. Kui te ei alistu (pareo, 2), siis karistatakse teid. 5. Kuhu (quō) sind saadetakse?

Näidis. Act. Agricola agrum arat. — Pass. Ager ab agricolā aratur.

Harjutus 2. Moodustada põhivormid ja konjugeerida:

dare, cõgere, augere, comparare, accipere

III deklinatsioon (i-deklin. I).

XVI

1. Romae liberi civēs et servi erant. 2. Apud bonum iudicem argūmenta plūs, quam tēstēs, valent. (Cic.) 3. In civitate liberā lingua mēnsque liberae esse debent. (Suet.) 4. Apud gentēs antiquās in potestate dominōrum servi erant. 5. Cūstōdēs arcium et urbium sunt militēs. 6. Trānsfugās licet quasī hostēs interficere. 7. Civēs Rōmānī iura habēbant: iūs suffragiī, iūs cōnnūbiī, iūs honōrum, iūs commerciī. 8. Latīnus ager plēbī dividitur. 9. Iūs est ars bonī et aequī. (Dig.) 10. Historia — tēstis temporum, lūx vēritātis, vīta memoriae, magistra vītae, nūntia vetustātis. (Cic.) 11. In tōtō et

pars continētur. (Gaius) 12. In pāce artēs et litterae flōrent, idcirco pāx māter artium appellātur. 13. Fīnis corōnat opus. 14. Mors nātūrae lēx est. 15. Mandātum morte dissolvitur. 16. Hostium mūnera — nōn mūnera. 17. Sententia iūs facit inter partēs.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Rahvuste õigus. 2. Linna valvur. 3. Rooma hääleõigusega (cum suffragiō) kodanikud, rooma hääleõigusetu kodanikud. 4. Titius on rooma kodanik. 5. (Sõjaväe) ülejooksikut tapetakse kui vaenlast.

Harjutus 2. Deklineerida:

civis liber, gēns antiq̄ua, iudex bonus, actio recta, iūs suum

Dē iure Rōmānō.

Fontēs iūris Rōmānī sunt: lēgēs populī Rōmānī, plēbiscīta, senātūscōnsulta, cōnstitūtiōnēs prīncipum, ēdicta praetōrum et respōnsa prūdentium. Lēx est, quod populus Rōmānus iubet atque cōnstituit. Plēbiscītum est, quod plēbs iubet atque cōnstituit. Cōnstitūtiō prīncipis est, quod imperātor dēcrētō, vel ēdictō, vel epistulā cōnstituit.

Imperfectum indicātivī passivī.

XVII

1. Servōs prō nullīs habēbant. — Servi prō nullīs habēbantur. 2. Avus alimenta nepōī praestābat. — Alimenta nepōī ab avō praestābantur. 3. Rōmae quotannis novī cōnsulēs creābantur. 4. Filiū uxor locō filiae habēbatur. 5. Sacri ānserēs publicē alēbantur in Capitoliō, arce Rōmānōrum. 6. Reus prōditiōnis accūsābatur. 7. In Galliā plēbs servōrum locō habēbatur. 8. Apud Rōmānōs in prīncipiō conviviōrum ōīa, in fine m̄ala appōnēbantur. 9. Cōnsilium ā iūris peritō dabatur. 10. Actor (Aulus Agerius) et reus (Numerius Negidius) in iūs vocābantur. 11. Puerī Graecōrum in multīs artibus exercēbantur. 12. Castra ā militibus vallō fossāque mūniēbantur. 13. Bona ōrātiō nōn ex ōre, sed ē pectore fluit. 14. Iūs nūdum. 15. Amor tussisque nōn cēlātur. 16. Obligatiōnēs ex dēlictō. Obligatiōnēs quasi ex dēlictō.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Preetori poolt esitati hagi. 2. Abielu lahutamine toimus (abielu lahutati) vabal kokkuleppel (ieaga kokkulepitult). 3. Katiilinat süüdistati Cicero poolt. 4. Pillajale keelati oma varanduse haldamine. 5. Naist peeti tütre kohal (naisel olid juriidilised õigused samad mis tütre).

Harjutus 2. Moodustada põnivormid ja konjugeerida:
vocāre, cūstōdīre, creāre, alere, exercēre

Harjutus 3. Deklineerida:

mēns libera, cōnsul novus, plēbs Rōmāna, ānsēr sacer, tempus
antīquum

III deklinatsioon (i-deklin. II).

XVIII

1. Maria habent litora, flūmina rīpās. 2. In flūminibus et maribus Asiae et Āfricae multa animālia fera sunt. 3. Cīvēs tribūnal praetōris circumstābant. 3. In marī Mediterrāneō sunt multa et varia genera animālium. 5. Dēmōsthenēs et Cicero exemplāria sunt ēloquentiae. 6. In marī rāra exemplāria animālium sunt. 7. Animal nōmen habet ab animā, nam in animālī est anima. 8. Nōnnūlla maria populīs antiqūis ignōta fuērunt. 9. Equitēs Rōmānī vectīgālia redimēbant. 10. Animālia sunt et in terrā, et in āere, et in aquā. 11. Tempestātēs marium periculōsae sunt. 12. Plēbs in discordiam cum patribus venit et sēcēdit in Sacrum montem. 13. In maria multa et māgna flūmina fluunt. 14. Ubi mel in ōre, ibi saepe fel in animō est. 15. Iūris prūdentia. 16. Iūs tāliōnis. 17. Alma māter.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Meres on palju saari. 2. Rooma kodanikel olid suured riigimaksud. 3. Paljud mered olid kreeklastele ja roomlastele tundmatud. 4. Taimed puhastavad õhku ja annavad (praebeō, 2) loomadele toitu. 5. Mere rannas on palju linde.

Harjutus 2. Deklineerida:

tribūnal urbānum, piscis parvus, exemplar rārum, tempestās
periculōsa, vectīgal māgnum

*Futūrum I passīvi.
i-deklin. erijuhtumid.*

XIX

1. Excitābitur laude aemulātiō. (Quint.) 2. Exemplis bonōrum movēbāmur, movēmur, movēbimur. 3. Post victōriam victōribus māgna praemia tribuentur. 4. Pūniēris, discipule piger. 5. Patria fortiter dēfendētur ā cīvibus. 6. Hostium clāmōribus milites nostrī nōn terrēbuntur. 7. Vōx ducis ā militibus audiētur. 8. Urbēs hostium dēlēbuntur. 9. Lictōrēs virgīs caedunt prōditōrēs secūrique feriunt. (Liv.) 10. Tēstāmentum nūllās vīrēs habet = tēstāmentum nōn valet. 11. Dum vīrēs annīque sinunt, tolerāte labōrēs. (Ov.)

12. Scire lēgēs nōn est verba tenere, sed vim ac potēstatem. (Dig.)
13. Graecī Trōiam ferrō ignīque vāstāvērunt. 14. Numerus Negidius bovem ēmit. 15. Cibī condīmentum famēs, pōtiōnis sitis est. 16. Auctōritās patrum. 17. Vis semper violat iūs. 18. Pater familiās. 19. Corpore senex, animō iuvenis. 20. Pānem et circēnsēs! 21. Aquā et ignī interdīcere. 22. Ōtium reficit vīrēs.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Noormeeste ja raukade üksmeel. 2. Neitsile antakse (fut. I) kaasavara. 3. Reeturit pekstakse (fut. I) Rooma liktori poolt viitsadega ja raiutakse (fut. I) kirvega. 4. Hea perekonnapea. 5. Nälgja talun kergemini (facilius) kui jānu.

Harjutus 2. Moodustada põhivormid ja konjugeerida:
tribuere, violāre, reficere, mūnīre

Harjutus 3. Deklineerida:

secūris acūta, vīs māgna, līctor Rōmānus, bōs parvus

Participium perfectum passivī.
Perfectum indicatīvī passivī.

XX

1. M. Tullius saepe dicit dē oppressā coniūratiōne Catilinae. 2. Cōstat autem iūs nostrum aut ex scriptō aut ex nōn scriptō. Scriptum iūs est lēx, plēbi scīta, senātūs cōsulta, principum placita, magistrātuum ēdicta, respōnsa prūdentium. 3. Captīvī Rōmam missī atque ibi in carcere inclūsī sunt. 4. Quī audiunt, aucīta dīcunt. (Ter.) 5. Māgna classis Persārum parvō numerō nāvium Graecōrum apud Salamīna victa est. 6. Multa bella ā Rōmānis terrā marīque gesta sunt. 7. Libertīnī sunt, quī ex iūstō servitūte manūmissī sunt. 8. Māgna Italiae pars ōlim ā rēge Pyrrhō vāstāta est. 9. Servus autem manūmissus capite nōn minuitur, quia nullum caput habuit. 10. Rōmulus et Remus, conditōrēs Rōmae, ā pāstōre educātī sunt. 11. Lūtētia est oppidum Parisiōrum, quod positum est in insulā fluvīi Sēquanae. 12. Ālea iacta est. 13. Dictum — factum. 14. Crīmīna impūnīta coalēscunt. 15. Post factum. Post scriptum. 16. Āctiō negotiōrum gestōrum. 17. Vae victīs! 18. Capitis damnātus est.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ostu- ja müügihagi (emptī et vēnditī). 2. Kunagi roomlaste poolt peeti palju sõdu. 3. Võidetud pärslased põgenesid laevadele. 4. Sa olid preetori poolt karistatud. 5. Vaenlased võideti maal ja merel.

Harjutus 2. Deklineerida :

coniūratiō oppressa, proelium commissum, crīmen impūnitum, rēx victus, conditor perītus

Harjutus 3. Moodustada pōhivormid ja konjugeerida :

ēducāre, interdīcere, audīre, inclūdere, mittere

*Plūsquamperfectum indicātivī passīvī.
Futūrum II passīvī.*

XXI

1. Carthāgō ā Scīpiōne capta et dēleta erat. 2. Pūnītī estis, quia nōn pāruerātis. 3. Rōmulus et Remus, ut fāma est, in iisdem locīs, ubi expositī ēducātique erant, urbem condere statuērunt. 4. Apud Rōmānōs fēminae ab omnibus officiīs cīvilibus et pūblicīs remōtae erant.

5. Pāx erit, sī urbēs hostium ā militibus nostrīs captae erunt. 6. Īnfāmiā notātur quī fūrtī, iniūriārum, dē dolō malō et fraude damnātus erit. 7. Nōn prius dormiēmus, quam negōtia nostra finīta erunt. 8. Sī frūstrā admonitus eris, pūniēris. 9. Ad angustias ā Leōnidā, rēge Lacedaemoniōrum, milites Graecī ductī erant; angustiae copiīs parvīs occupātae et cūstōditae erant. 10. Crīmen laesae māiestātis. 11. Āctiōnēs locātī — conductī. 12. Ēmptiō — vēnditiō.

Harjutus 1. Tōlkida ladina keelde :

1. Kui vaenlased on võidetud (fut.), läheme (tagasi) kodumaale. 2. Ta oli surma mõistetud. 3. Meie sõdurid haavasid paljusid vaenlasi. 4. Eestkoste naiste üle (gen.). 5. Hageja ja kaebealune olid kohtusse kutsutud.

Harjutus 2. Konjugeerida :

capere, finīre, condere, statuere, admonēre

Interpraetātiō stricta.

In tēstāmentō, ā Luciō Titiō factō, ita scriptum erat :

Maevius, filius meus primōgenitus, hērēs estō. Lānam, quae diē mortis meae in aedibus meis inventa erit, hērēs meus Sēiae, sorōrī suae, dare (= obligātus) estō.

Quaestiō ita prōposita est: an vestis, ex lānā facta, legātō continētur. Item Sempriōniō lēgāta est māteria, ex māteriā autem nāvis aedificāta erat ante mortem tēstātōris. An nāvem Sempriōniō dare obligātus est?

Quoniam ex contextū haud ambigua tēstātōris voluntās nōn appāret, locus est strictae interpretātiōnī et exācta verbōrum significātiō spectātur. Quid ergō est? Tēstāmētō videntur comprehēnsae lāna et māteria, nōn autem rēs artificiō et opere cōfectae; nāvis igitur et vestis in bonis hērēdis permanēbunt.

III deklinatsiooni adjektiivid.

XXII

1. Crīmen grave; culpa lāta; culpa levis. 2. Poena gravis; poena levis. 3. Pār in parem nōn habet iūrisdictiōnem. 4. Commūne perīculum concordiam parit. 5. Omnis dēfīnitiō in iūre cīvīli perīculōsa est. (Iav.) 6. Hominum causā omne iūs cōstitutum est. (Dig.) 7. Sociāle animal est homo. (Arist.) 8. Quod attinet ad iūs cīvīle, servī prō nullis habentur; quod ad iūs nātūrāle attinet, omnēs hominēs aequālēs sunt. (Dig.) 9. Omnis ars nātūrae imitātiō est. (Sen.) 10. Adversus perīculum nātūrālis ratiō permittit sē dēfendere. 11. Nūptiae sunt coniūctiō maris et fēminae et cōnsortium omnis vītae, dīvinī et hūmānī iūris commūnicātiō. (Mod.) 12. Lēx speciālis dērogat generālī. 13. Vīta brevis, ars longa. 14. Doctor iūris cīvīlis. 15. Omne initium difficile est. 16. Corpus iūris cīvīlis. 17. Causa crīminālis. 18. Omnia vincit amor. 19. Lēgēs omniaque iūra permūtantur. 20. Commūnis opīniō doctōrum. 21. Obligātiōnēs nātūrālēs.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Kogu elu ühtsus. 2. Vabaduse armastus on ühine kõigile inimestele. 3. Kõikide sõda kõikide vastu (contra c. acc.). 4. Naturaalõigus. 5. Abielu on mehe ja naise ühinemine (liit).

Harjutus 2. Deklineerida:

pignus generāle, causa crīminālis, sociāle animal, ratiō nātūrālis, culpa levis

IV deklinatsioon.

XXIII

1. Senātūs cōnsultum est, quod senātus iubet atque cōstituit. 2. Nihil semper suō statū manet. 3. Ēdicta sunt praecepta magistrātuum populī Rōmānī. 4. Lingua Latīna diū apud populōs Eurōpae in māgnō ūsu fuit. 5. Lēgum ministrī magistrātūs, lēgum interpretēs iūdicēs, lēgibus dēnique omnēs servīmus. (Cic.) 6. Sententiae nostrae māgnū in senātū pondus habent. 7. Mātrimōnium cum manū. Mātrimōnium sine manū. 8. Obligātiō cōnsēnsū contrahitur. 9. Etiam bēstiae arma habent: equus — ungulās, taurus — cornua. 10. Dēscrībēbātur in tribūs populis Rōmānus, in centuriās exercitus. 11. Sine duce exercitus corpus est sine spīritū. 12. Antīquī caput

sēdem omnium ferē sēnsuum nostrōrum putābant. 13. In lacubus sunt piscēs. 14. Manus manum lavat. (Sen.) 15. Abūsus nōn tollit ūsum. 16. Litterārum rādīcēs amārae, frūctūs dulcēs. (Cic.) 17. Largā manū. Parcā manū. 18. In maleficiīs exitus spectātur. 19. Cāsus bellī.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Inimeste looduslik seisund. 2. Ametnikud on seaduste valurid. 3. Lihased lapsed. 4. Roomlased nimetasid sõjaväe tiibu (āla, ae f.) sarvedeks.

Harjutus 2. Deklineerida:

ūsus māgnus, exercitus Rōmānus, lingua recēns, manus larga, cornū dextrum, lacus parvus

Litterae P. Scīpiōnis.

Scīpiō senātui salūtem.

Fuit Carthāgō, nunc iam nōn est. Expūgnāvī et dēlēvī urbem. Terrā marīque urbem oppūgnāvimus, omnia caede et incendiō implēvimus. Dēnique urbem et arcem militēs expūgnāvērunt et omnia incendiō dēlēvērunt!

Glōria armōrum populī Rōmānī tōtum orbem terrārum implēbit. Valēte!

V deklinatsioon.

XXIV

1. Dīligentia in omnibus rēbus valet. 2. Rēs pūblica nihil aliud quam māgna familia est. 3. Pūblicum iūs est, quod ad statum rei Rōmānae spectat, prīvatum, quod ad singulōrum ūtilitatem. (Ulp.) 4. Tua rēs agitur. 5. Omnes rēs aut mancipī sunt aut nec mancipī. 6. Pretium succēdit in locum rei. 7. C. Gracchus novīs rēbus studēbat. 8. Iūris prūdētia est divīnārum atque hūmānārum rērum nōlitia, iūsti atque iniūsti scientia. 9. In dextrō cornū aciēi Rōmānae erant equitēs sociōrum. 10. Diēs obligātiōnis cēdit. 11. Māgna autem differentia est inter mancipī rēs et nec mancipī. 12. Rēbus in adversīs spem retinē! (Cato) 13. Diēs diem docet. 14. Libertās inaestimābilis rēs est. 15. Actiō in rem. 16. Amīcus certus in rē incertā cernitur. 17. Possessiō malae fidei. 18. Actiōnēs bonae fidei.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Saabub obligatsioonini päev. 2. Keezi ei ole advokaat omas asjas. 3. Heauskne valdus. 4. Õigused võõrale asjale (õigused võõras asjas). 5. Isiku hagi.

Harjutus 2. Deklineerida:

fidēs bona, rēs pūblica, lēx ūtilis, diēs cōstitutā, frūctus dulcis

Adjektiivide võrdlemine.

XXV

1. Aqua gravior est quam āer. Aqua gravior est āere. 2. Culpa levis. Culpa levissima. 3. Lūce sunt clāriōra tua cōsilia omnia. (Cic.) 4. Occāsio praebet benignius respōsum. 5. Modus iūdex omnium rērum ūtilissimus est. 6. Prōlētārii erant pauperrimī hominēs in plēbe Rōmānā. 7. Hominibus pigris etiam facillimī labōrēs difficillimī sunt. 8. Ferrum hominibus magis necessārium est quam aurum et argentum. 9. Māgnū erat rēgnū Persārum, maius rēgnū Alexandrī Māgnī, māximū imperium Rōmānōrum. 10. Refōrmātiō in peius. 11. Lēx posterior dērogat lēgī priōri. 12. Culpa lāta dolō proxima est. 13. Nulla vīs est maior populī voluntāte. 14. Cīvitās summae auctōritātis. 15. Salūs populī — suprēma lēx. 16. Famēs est optimus coquus. 17. Summum iūs summa iniūria. 18. Summa summārum. 19. Dē minimis (rēbus) nōn cūrat praetor. 20. Trāditiō brevī manū. Trāditiō longā manu.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Aafrika on suurem kui Euroopa. 2. Väga halvad kodanikud valmistavad riigile hukatust. 3. Hilisem (pärastine) õigus tühistab endise (esimese õiguse). 4. Caesar oli rooma ülemjuhatajaist (gen. part.) kuulsaim. 5. Asja üürirent.

Harjutus 2. Deklineerida:

vīs maior, homo pauperrimus, rēgnū minus, cōsiliū pessimū, magistrātus melior

Capitis dēminūtiō.

Capitis dēminūtiōnis tria genera sunt: māxima, media, minima, nam tria sunt, quae habēmus: libertātem, cīvitātem, familiam. Cum libertātem āmittimus, māxima est capitis dēminūtiō. Cum libertātem retinēmus, sed cīvitātem āmittimus, media est capitis dēminūtiō. Cum et libertās et cīvitās retinētur, familia tantum mūtātur, minima est capitis dēminūtiō.

Prōnōmina persōnālia, reflexīva.

XXVI

1. Ego poēta sum, tū ōrātor es. 2. Rēs pūblica mihi vitā est meā cārior. (Cic.) 3. Apud mē, ut apud bonum iūdicem argūmenta plūs, quam tēstēs, valent. 4. Mihi nōmen est Gaius. 5. Salvē, mi

amīce! 6. Nōn iubeō, sed sī mē cōsulis, suadeō. (Cic.) 7. Inīquus es in mē iūdex. 8. Omnia mea mēcum portō. 9. Patria commūnis est parēns omnium nostrum. 10. Singulārum rērum dominium nōbīs acquiritur mancipātiōne, trāditiōne, ūsūcapiōne, in iūre cessiōne, adiūdicātiōne, lēge. 11. Unde tibi origō est? Ubi domicilium tuum habēs? 12. Mē dēlectant mea, tē tua. 13. Tē uxōremque tuam ad cēnam vocō. 14. Doceō vōs linguam Latinam. 15. Nōs fortēs erāmus, vōs timidī. 16. Hērēditās ad vōs pertinet aut vetere iūre, ut ex novō iūre. 17. Pāx vōbīscum. 18. Multi vestrum bene legunt, sed male scrībunt. 19. Frātrēs hērēditātem inter sē dīvidunt. 20. Industriā hominēs divitiās sibi parant. 21. Sēcum esse sēcumque vivere. (Cic.)

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma olen inimene. 2. Ma õpetan sinule ladina keelt. 3. Paljud meist ja teist olid eile minuga kohtus. 4. Töökusega inimesed valmistavad enesele rikkust. 5. Minu nimi on (minul on nimi) Aleksander.

*Prōnōmina dēmōnstrātiva
(hic, is, idem).*

XXVII

1. Haec causa est. 2. Ego hanc amō, et haec mē amat. (Pl.) 3. Hoc opus, hic labor est. (Verg.) 4. Quis huic rei tēstis est? 5. Et quidem summa dīvisiō dē iūre persōnārum haec est, quod omnēs hominēs aut liberī sunt aut servī. 6. Post hoc nōn est propter hoc.

7. Is est amīcus, quī in rē dubiā rē iuvat. (Pl.) 8. Eius belli causa haec fuit. 9. Quantī ea rēs est? 10. Appāret id etiam caecō. 11. Eam dūcere uxōrem cupit. (Pl.) 12. Apud eum sīc fui, tamquam domī meae. 13. Scīre lēgēs nōn est verba eārum tenēre, sed vim ac potestātem.

14. Idem per idem. 15. Amōris vulnus sānat idem, quī fēcit. 16. Nōn omnēs lēgēs nōn omnia iūra eiusdem generis eundem vigōrem, aut eandem fōrmam habent. 17. Rēs dissimilēs eōdem nōmine appellāre. 18. Nōn omnibus eadem placent. 19. De eā rē omnēs idem sentiunt.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma kirjutasin selle kirja oma käega. 2. Me näeme kohtunikku ja tema poega. 3. Mitte kõik inimesed ei oma samu kombeid ja harjumusi. 4. Mälu väheneb, kui (nisi) me teda ei harjuta. 5. Mitte alati samal seadusel ei ole sama jõud (Mitte alati sama seadus ei oma sama jõudu).

Harjutus 2. Deklineerida:

hic tēstis melior, id pretium maius, haec urbs pulcherrima, eadem rēs dissimilior, ea domus

XXVIII

1. Canis iste tuus mē momordit. 2. Mūtā iam istam mentem, mihi crēde! (Cic.) 3. Ille dolēt verē, quī sine tēste dolēt. (Mart.) 4. Haec tempora, hī mores; illa tempora, illi cōsulēs. 5. Tua ipsius culpa est. 6. Eō ipsō. 7. Ipsō iūre. 8. Tēstis ūnus, tēstis nūllus. 9. Nōn mihi sōlī vīvō, sed etiam patriae. 10. Caput et fundāmentum tōtius tēstāmentī est hērēdis institūtiō. 11. Per tōtam urbem vigiliae habēbantur. 12. Sine ūllō maleficiō. 13. Tēstāmentum utrōque iūre valet, cīvili et praetōriō. 14. Cōnsuētūdō est altera nātūra. 15. Quī fodit foveam alterī, incidet in eam. 16. Neutram in partem. 17. Nūlla lēx satis commoda omnibus est. (Cato.) 18. Inter virum et uxōrem donātiōnēs nūllius mōmentī erant. 19. Alius aliud agit. 20. Fātum nihil aliud est quam seriēs causārum. (Sen.)

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Muutuvad (mūtō 1.) seadused, muutuvad õigused, muutuvad ajad, muutume meie ise. 2. See kodanik ei oma mingit õigusvõimet. 3. Asi ise on tunnistajaks (tunnistaja). 4. See sõna on kesksost. 5. Andesta (ignōscō, 3.) teisele, mitte kunagi (nunquam) enesele!

Harjutus 2. Deklineerida:

id tōtum caput, ūnus hērēs, iste canis tuus, ūlla rēs crīminālis, ille tēstis sōlus

Rēs mancipī et nec mancipī.

Omnēs rēs aut mancipī sunt aut nec mancipī. Mancipī rēs sunt omnia praedia in Italicō solō, tam rūstica — quālis est fundus, quam urbāna — quālis est domus, item iūra praediōrum rūsticōrum (servitūtēs), velut via, iter, āctus, aquaeductus, item servi et quadrupedēs, velut bovēs, mūlī, equī, asinī. Cēterae rēs nec mancipī sunt (Ulp.).

Magna autem differentia est rērum mancipī et nec mancipī. Nam rēs nec mancipī ipsā trāditiōne plēnō iūre alterius fiunt, si corporālēs sunt et ob id recipiunt trāditiōnem. Itaque si tibi vestem vel aurum vel argentum trādō sive ex vēnditiōnis causā sive ex dōnātiōnis sive aliā ex causā, statim tua fit ea rēs (Gaius).

* * *

Dux militēs ad pūgnam contrā hostēs incitat.

Dux copiārum Rōmānis infestārum hīs fe·ē verbis et hāc orātiōne animōs militum cōfirmāvit. Invādunt Rōmānī, hostes nostrī, sed nunc in māgnō sunt periculō, propterea quod hārum regiōnum et

hārum silvārum ignārī sunt. Hae regiōnēs, hae silvae, hoc caelum, ipse aspectus huius generis hominum, haec omnia Rōmānōs terrent. In hīs silvīs nūllus exitus Rōmānīs patēbit. Haec patria nostra, hoc caelum, hī vicī tēstēs sunt iniūriarum Rōmānōrum.

Ad pūgnam vōs vocō. Sī hunc exercitum hostium superāveritis, liberī eritis, et nōs ipsī liberīque nostrī tūtī ā sūperbiā illīus populī erimus. Hōs hostēs libertātis nostrae vincēmus.

*Prōnōmina relātīva, interrogātīva,
indēfīnīta.*

XXIX

1. Bis vincit is, quī sē ipsum vincit. 2. Semper potentior lēx est, quae vetat, quam quae permittit. 3. Condiō, sine quā nōn. 4. Tuae rēs in quō statū sunt? 5. Sānus tū nōn es, quī fūrem mē vocās. 6. Māter semper certa est, pater vērō is est quem nūptiae dēmōnstrant. 7. Status quō ante. 8. In potestāte itaque sunt servī dominōrum, quae quidem potestās iūris gentium est. 9. Quid iūris (est)? 10. Hae autem rēs, quae hūmānī iūris sunt, aut pūblīcae sunt aut prīvātae. 11. Nam ex hīs persōnīs, quae neque in potestāte neque in manū neque in mancipiō sunt, quaedam vel in tūtēlā sunt vel in cūrātiōne, quaedam neutrō iūre tenentur. 12. Faber est quisque suae fortūnae. 13. Quaedam persōnae suī iūris sunt, quaedam aliēnō iūrī sunt subiectae. (Gaius) 14. Hominēs interdum nōn eadem dīcunt, quae sentiunt. 15. Malum nūllum est sine aliquō bonō. 16. Quod nōn est in āctīs, nōn est in mundō.

Harjutus 1. Tōlkida ladina keelde :

1. Oma on igaühele kallis. 2. Kelle kasu, selle oht. 3. Vajalikud tingimused (tingimused, ilma milledeta ei). 4. Kummale poole (pars) voolab see jõgi? 5. Kellel teist pole (kes teist ei oma) raamatut?

Harjutus 2. Deklineerida :

quidam custōs, quae(libet) condiō commūnis, quī fūr, quisque hostis, aliqua lēx

Numerālia cardinālia.

XXX

1. Ūnīus positiō nōn est alterīus exclūsiō. 2. Pactum est duōrum cōnsēnsus atque conventiō. 3. Trēs faciunt collegium. 4. Carthāgine quattuor annōs mānsimus. 5. Quis māne quattuor, merīdiē duōs, vespere trēs pedēs habet? 6. Bellum Pūnicum tertium fuit trium ferē annōrum. 7. Est autem capitis dēminūtiō priōris statūs permūtātiō: eaque tribus modīs accidit: nam aut māxima est

capitis dēminūtiō aut minor, quam quīdam mediam vocant, aut minima. 8. Plūris est oculātus tēstis ūnus, quam aurīti decem. (Pl.) 9. Rōma ad Tiberim in septem collibus condita est. 10. Lēgēs duodecim tabulārum sunt lēgēs Rōmae antīquae. 11. Mēnsis trīginta aut trīginta ūnum, sōlus Februarius duodētrīgintā aut undētrīgintā diēs continet. 12. Quot sunt octō et undecim? Undēviginti. 13. In portū erat classis ūndēsexāgintā nāvium longārum. 14. Annus est spatium trecentōrum sexāgintā quīnque aut sex diērum. 15. Decem milia hominum.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Rooma riik püsis 1240 aastat. 2. Muistsed roomlased austasid üheksat muusat (Müsa). 3. M ja C on kaks tähte. 4. Caesar saatis kaks leegioni (legio, õnis f.) Galliasse.

Harjutus 2. Kirjutada sõnadega:

7861, 1118, 4469, 8885, 3338

*Numerālia ordinālia, distribūtiua,
adverbia. Rooma kalender.*

XXXI

1. Septem fuērunt rēgēs Rōmāni: prīmus fuit Rōmulus, septimus Tarquinius Superbus. 2. Tertium nōn datur. 3. Ulpiānus librō quadrāgēsīmō quīntō dē tēstāmentō scribit. 4. Hōra est vīcēsima quārta pars dieī. 5. Senātor post sexāgēsimum et quīntum annum in cūriam venīre nōn cōgitur nec vetātur. (Sen.) 6. Annō trecentēsīmō septuāgēsīmō septimō (ab urbe conditā) tribūnī plēbis Licinius et Sextius prōmulgāvērunt lēgēs adversus opēs patriciōrum et prō commōdis plēbis. 7. Rōma condita est annō septingentēsīmō quīnquāgēsīmō tertīō. 8. Semel hērēs — semper hērēs. 9. Lēgēs omniū salūtem singulōrum salūti antepōnunt. (Cic.) 10. Semel iniūstum — semper iniūstum. 11. In singulis legiōnibus erant sēni tribūnī militum. 12. Annō ab urbe conditā trecentēsīmō tertīō lēgēs Duodecim tabulārum ēditae sunt, quae nunc quoque fōns omnis pūblicī prīvatīque sunt iūris. (Liv.) 13. Prīma Cicerōnis ōrātiō in Catilinam habita est in senātū a. d. VI Id. Nov. anno LXIII. 14. Caesar Idibus Martiis annō quadrāgēsīmō quārto interfectus est.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Romulus oli esimene Rooma kuningas, Numa Pompilius — teine. 2. Olen sündinud (nātus sum) aastal. 3. Teine Puunia sõda lõpetati aastal 201 e. m. a. 4. Üheksa ja kaheksa on seitseteistkümmend. 5. 30. dets. 1956. a.

Harjutus 2. Kirjutada antud järgarvud sõnadega:

2911., 515., 219., 409., 173.

Dē iūstitiā et iūre.

Iūris praecepta sunt haec: honestē vivere, alterum nōn laedere, suum cuique tribuere. Huius studiī duae sunt positionēs — publicum et privātum (iūs). Pūblicum ius est, quod ad statum rei Rōmānae spectat; privātum, quod ad singulōrum ūtilitātem pertinet (Corpus iūris civilis).

Adverbia.

XXXII

1. Prō et contrā. 2. Nūsquam sunt, quī ubique sunt. 3. Multa iam dē fortitūdine populōrum antiquōrum nōbīs nārrāta sunt. 4. Quī iūstē officia servāvit, fēlix est. 5. Omnēs ferē Gallī novīs rēbus studēbant et ad bellum celeriter excitābantur. 6. Quī sē ipse laudat, citō dērisōrem invenit. 7. Honestē vivere est fēliciter vivere. 8. Facilius est dīcere, quam agere. 9. Ācrius Rōmānī quam Gallī pūgnābant. 10. Liberōs ēducāre difficilius est, quam librōs legere. 11. Lacedaemoniī magis dē suā salūte et dē suō principātū cōgitābant, quam dē salūte commūnis omnium Graecōrum patriae. 12. Turpe est rem bene coeptam male finīre. 13. Potius sēro, quam nunquam. (Liv.) 14. Fortissimē nostrī cum hostibus pūgnāverunt. 15. Parēs cum paribus facillimē congregantur. (Cic.) 16. Bis dat, quī citō dat. 17. Audacter in rē, in cōsiliō prūdenter.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Toimi alati õiglaselt ja ausalt! 2. Te kirjutate väga ilusasti ja loete väga hästi. 3. Mitte miski ei õitse alati. 4. Ägedamalt võideldi. 5. Inimesed armastavad enam laita (maledicō 3.) kui kiita.

Harjutus 2. Järgmistest adjektiividest tuletada adverbid ja moodustada võrdlusastmed:

pulcher, fēlix, bonus, difficilis, prūdēns

*Praesēns coniūctivōi activōi, passivōi.
Coniūctivus hortatīvus, potentiālis,
dubitātīvus; ut fināle.*

XXXIII

1. Sit nox cūm somnō, sit sine līte dies! (Mart.) 2. Sīmus cauti! 3. Nē quis sit iūdex in suā causā! 4. In forum properēmus! 5. Nēmo dubitet. 6. Caveat ēmptor! 7. Ac prius dispiciāmus dē hīs, quae in tūtēlā sunt. 8. Quis hoc crēdat? 9. Quid agam, iūdicēs? 10. Valeant civēs mei, sint incolumēs, sint beātī; stet haec urbs praeclāra. (Cic.) 11. Superiōre librō dē iūre persōnārum exposuimus: modō videāmus dē rēbus. 12. Dō tibi pecūniam, ut

mihi Stichum servum dēs. 13. Superest, ut expōnāmus, quae persōnae in mancipiō sint. 14. Vivat nostra civitās, vivat, crēscat, flōreat! 15. Multī aliōs laudant, ut ipsī ab aliīs laudentur. 16. Magistrātūs vidēre dēbent, nē hominēs scelerātī reī pūblicaē perniciem parent. 17. Cēdant arma togae. (Cic.) 18. Audiātur et altera pars! 19. Nē bis dē eādē rē sit actiō!

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Rääkigem kohtus alati tõtt! 2. Olgu teiste (inimeste) elu meile õpetajaks! 3. Kodanikud, alistuge seadustele, et teid ei karistataks. 4. Mis nad peaksid tegema? 5. Valvaku (videõ) konsulid!

Harjutus 2. Konjugeerida (praes. coni. act., pass.):

negāre, agere, pārēre, dispicere, pūnīre

*Imperfectum coniunctivī activī, passivī.
Coniunctivus optātivus, dubitātivus; ut,
nē obiectivum.*

XXXIV

1. Utinam lēx esset eadem, quae uxōrī est, virō. 2. Quis crēderet? 3. Quid agerem, iūdicēs? 4. Mandō tibi, ut amīcō meō Marcellō pecūniam crēdās sub pignore. 5. Magistrātūs postulant, ut omnēs civēs lēgibus reī pūblicaē pāreant. 6. Dedī tibi pecūniam, ut mihi Stichum darēs. 7. Dominō datur actiō, nē reus lucrum faciat. 8. Rogāvistī mē, ut tibi nummōs mūtuōs darem. 9. Mōribus apud nōs receptum est, nē inter virum et uxōrem dōnātiōnēs valērent. (Dig.) 10. Videant (caveant) cōsulēs, nē quid rēspūblica dētrīmentī capiat. 11. Sī pecūniam dō, ut rem accipiam, ēmptiō — vēnditiō est; sīn autem rem dō, ut rem accipiam, permūtātiō est. (Dig.) 12. Quīdam lēge impediuntur, nē iūdicēs sint. (Dig.) 13. Hostēs timēbant, nē dux militēs ex castrīs ēdūceret.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Oh kui isa elaks! 2. Mis ma pidin otsustama? 3. Ma kartsin, et asi tuleb kohtusse. 4. Hoolitse (selle eest), et sa terve oleksid. 5. Ma palusin sinult, et sa mulle raha annaksid.

Harjutus 2. Konjugeerida:

impedīre, dare, accipere, timēre, expōnere

XXXV

1. Nē dixeris! Nōlī dicere! 2. Quod dubitās, nē fēceris!
3. Nēminem citō laudāveris, nēminem citō accūsāveris. (Sen.)
4. Quis hoc in dubium vocāverit? 5. In omnī quaestiōne prōpositum
sit nōbis bonum pūblicum! 6. Iūdicēs reōs interrogant, quibus
causīs ad scelera commōti sint. 7. Nulla ferē causa est, in quā
fēmina litem mōverit. 8. Tēstis officium est dicere, quae sciat aut
audiverit. 9. Permissum est itaque parentibus libēris, quōs in
potestate suā habent, tēstamentō tūtōrēs dare: māsulinī quidem
sexūs inpūberibus, fēminīnī vērō inpūberibus pūberibusque, vel
cum nūptae sint.

10. Utinam precibus uxōris paruisset! 11. Utinam nē vēnisset!
12. Cūr nōn dīxistis mihi, ubi fuissētis? 13. Interrogāvistis, ā quō
haec epistula scripta esset. 14. Videāmus nunc dē iīs, quae aliēnō
iūrī subiectae sint: nam sī cōgnōverimus, quae istae persōnae sint,
simul intellegēmus, quae suī iūris sint. 15. Hannibal, cum Alpēs
superāvisset, Italiam vāstāvit.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ärge lugege halbu raamatuid! 2. Jutustage minule, mida
eile kohtus kuulsite. 3. Te küsisite, kelle poolt see seadus on
kirjutatud? 4. Ära tee ülekohut! 5. Oh, kui ma sellele seadusele
oleksin alistunud!

Harjutus 2. Konjugeerida:

vocāre, nūbere, commovēre, subicere, scīre

Konditsionaallused.

XXXVI

1. Dā mihi veniam, sī errō. 2. Sī amicus meus es, tuī amīci
meī sunt. 3. Sī quis sibi plūs appetet, violābit iūs societātis
hūmānae. 4. Sī eris modestus, hominibus omnibus grātus eris.
5. Sī hoc dicēs, errābis. 6. Sī hoc nōn tū faciēs, Pūblius hoc
faciet. 7. Sī hoc dīxistī, errāvistī.

8. Sī hoc dicās, errēs. 9. Sī vēra nārrēs (nārrāveris), nōn opus
sit tēstibus. 10. Memoria minuitur, sī eam nōn exerceās.

11. Sī hoc crēderēs, errārēs. 12. Sī hoc dīxissēs, errāvissēs.
13. Sī omnēs discipulī memorēs essent praeceptōrum magistrī,
semper diligentēs et attentī essent. 14. Sī tacuissēs, philosophus
mānsissēs. 15. Nisi Graecī dolum adhibuissent, Trōiam nōn
expūgnāvissent. 16. Hominēs miserī essent, sī diēs mortis iīs
nōtus esset.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Kui sa vapralt võitled, päästad isamaa.
2. Kui sa aus oled, peavad sinust lugu tublid mehed (armastatakse sind tublide meeste poolt).
3. Ma oleksin sind kiitnud, kui sa hoolikam oleksid olnud.
4. Kui sa õpiksid, siis sa teaksid.

Verba dēpōnentia.

XXXVII

1. Adoptiō imitātur nātūram: minor nātū nōn potest maiōrem adoptāre. (Iust.) 2. Fatēre, sī quid nōn rēctē fēcisti! 3. Ingenuī sunt, quī liberī nātī sunt; libertīnī, quī ex iūstā servitūte manūmissī sunt. 4. Vincere scīs, Hannibal, victōriā ūtī nescīs. (Liv.) 5. Quī nāscuntur, patris familiam sequuntur. (Dig.) 6. Concordiā parvae rēs crēscunt, discordiā māximae dilābuntur. 7. Omnis etiam obligātiō vel ex contractū nāscitur vel ex dēlictō. (Gaius.) 8. Nōn prōgredi est regredi. 9. Omne autem iūs, quō ūtimur, vel ad pērsōnās pertinet vel ad rēs vel ad āctiōnēs. 10. Parturiunt montēs, nāscētur rīdīculus mūs. 11. Ex turpī causā āctiō nōn oritur! 12. Iūdicis est semper in causīs vērum sequī. (Cic.) 13. Scēlera pleraque ex cupiditāte nāscuntur: haec latrōnēs facit, haec pīrātae. (Quint.) 14. Imparēs nāscimur, parēs morimur. (Sen.) 15. Est proprium stultitiae aliōrum vitia cernere, oblivīscī suōrum vitiōrum.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Räägi (loquor 3.) ladina keeles! 2. Matkigem tarkade (sapiēns, sapientis) meeste eeskujusid! 3. Kohtualune on oma süü üles tunnistanud (omaks võtnud). 4. Asi ise räägib. 5. Karistus on kuriteole järgnenud.

Harjutus 2. Konjugeerida läbivõetud ajavormides:

fatēri, imitāri, prōgredi, ūti

Dē iūre cīvilī et iūre gentium.

Omnēs populī, quī lēgibus et mōribus reguntur, partim sui propriō, partim commūnī omnium hominum iūre ūtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi iūs cōstituit, id ipsius proprium est vocāturque iūs cīvile, quasī iūs ipsius cīvitātis. Quod vēō nātūrālis ratiō inter omnēs hominēs cōstituit, id apud omnēs populōs peraequē cūstōditur, vocāturque iūs gentium, quasī quō iūre omnēs gentēs ūtuntur. Populus itaque Rōmānus partim suō propriō, partim commūnī hominum iūre ūtitur. (Gaius)

XXXVIII

1. Lēx est rēcta ratiō, imperāns honesta, prohibēns contrāria. 2. Iūſtitia est cōnſtāns et perpetua voluntās iūs suum cuique tribuēns. 3. Errantī viam mōnſtrā! 4. Camillum triumphantem albī per urbem Rōmam vexērunt equī. 5. Sērō venientibus ossa. 6. Rēs nūlla cēdit primō occupantī. 7. Amantēs āmentēs. 8. Nullum crīmen vīnum est, sed culpa bibentis. (Cato) 9. Bona vacantia.

10. Verba volant, sc̄r̄pta manent. 11. Rōmānī complūribus proeliīs in Hispāniā ab Hasdrubale victī dē salūte nōn dēsp̄rāvērunt. 12. Damnum iniūriā datum. 13. Vae victis!

14. Iniūriam quī factūrus est, iam facit. (Sen.) 15. Ave, Caesar imperātor, moritūri tē salūtant! (Suet.) 16. Bellum sc̄r̄ptūrus sum, quod populus Rōmānus cum Iugurthā gessit. (Sall.) 17. Veniēbātis in Āfricam. Quaerō: Quid factūri fuistis?

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Juht kiidab vapralt võitlevaid sõdureid. 2. Sokrates rääkis sageli naerdes (rideō, 2) tõtt. 3. Magades me midagi ei näe, midagi ei tunne. 4. Jõuga võidetud jõud. 5. Ma kavatsesin õiglust austada.

Harjutus 2. Moodustada partitsiibid ja tõlkida:

nāsci, occupāre, tribuere, morī, prohibēre

Harjutus 3. Deklineerida:

iūs sc̄r̄ptum, rēs ācta, bonum vacāns, primus occupātūrus, magistrātus lōquēns

Dē Catōne.

In omnibus rēbus Catō singularī fuit industriā. Nam et agricola sollers et perītus iūris cōnsultus et probābilis orātor et cupidissimus litterārum fuit. Litterās Graecās senex didicit, quās sic avidē arripuit, quas diūturnam sitim explēre cupiēns. In studiō māgnū prōgressum fēcit. Causārum illūstrium, quās dēfendit, in senectūte cōnfēcit orātiōnēs.

*Ablatīvus instrūmentī, temporis,
causae, modī. Ablatīvus absolutus.*

XXXIX

1. Vehimur currū. 2. C. Servilius Ahāla Spurium Maelium manū suā occidit. 3. Bellō Pūnicō secundō Rōmāni saepe victi sunt. 4. Ducis virtūte patria est servāta. 5. Helvetiī victōriā suā gloriābantur.

6. Actōre nōn probante reus absolvitur. 7. Artēs innumerābilēs repertae sunt docente nātūrā. 8. Sōle oriente domō profecti sumus. 9. Cessante ratiōne lēgis cessat lēx ipsa. 10. Graeci advenientibus Persis Thermopylās occupāvērunt.

11. Causā cōgnitā fūr damnātus est. 12. Signō datō legiōnēs in hostem impetum fēcērunt. 13. Trōiā captā Aenēas in Italiam vēnit. 14. Rēgibus exāctis cōsulēs Rōmae creati sunt. 15. Tēstamentō factō pater mortuus est.

16. Ūsus-fructus est iūs aliēnis rēbus ūtendī-friendī salvā rērum substantiā. (Paulus) 17. Mē invitō. Invitō crēditōre. 18. Augustus nātus est Cicerōne et Antoniō cōsulibus. 19. Brūtus collēgam sibi creāvit P. (Pūblium) Valerium, quō adiūtore rēgēs eiēcerat.

Harjutus. Tōlkida ladina keelde :

1. Gallia sōda peeti C. Julius Caesari juhtimisel (juhiks olles). 2. Teada saanud pōhjuse, preetor esitab hagi. 3. Sōdurid, maha jāt nud laagri, pōgenesid (cōnfugiō, fūgī, fugitum, 3) metsa. 4. Roomlased Hannibali elu ajal (Hannibali elades) ei olnud muretud (sēcūrus a, um). 5. Selle ma teostan advokaadi kaasabil (abistades).

Lēgēs Liciniī et Sextiī.

Creātī tribūnī Licinius et Sextius prōmulgāvērunt lēgēs adversus opēs patriciōrum et prō commodis plēbis; ūnam: dē aere aliēnō ut dēductō eō dē capite, quod ūsūris pernumerātum esset, id quod superesset trienniō aequis pēnsiōnibus persolverētur; alteram: dē modō agrōrum, nē quis plūs quā quīngentā iūgera agrī possideret; tertiam: cōsulum ut alter ex plēbe creārētur.

Dē Alexandrō, rēge Macedonum.

Philippō, rēge Macedonum, occisō Alexander rēgnum occupāvit. Gentibus finitimis domitis ā rēge exercitus adversus Persās parātus est. Alexandrō bellum gerente Graeci bellum mōvērunt, sed dēvicti sunt. Hellēspontō traiectō Persās ad Grānicum flūmen vicit; plūrima oppida maritima portās Alexandrō aperuērunt. Rēx urbibus maritimis captis māgnam partem Asiae occupāvit.

Infinitivus. Accūsativus cum infinitivō.

XL

1. Vivere est militāre. 2. Nēmo dēbet bis pūniri prō ūnō dēlictō. 3. Praestat iniūriam accipere quā facere. 4. Lēx (hominēs) rēctē facere iubet, vetat dēlinquere.

5. Putō contractum valēre. 6. Negō culpam meam lātam esse. 7. Actor probat possessionem ad sē pertinēre. 8. Paulus negat actionem in hōc cāsū ā praetōre darī. 9. Praetor ēdicit sē coactūrum esse arbitrum dicere sententiam. (Dig.) 10. Putābam reum ā iūdice absolutum irī. 11. Pompōnius scribit actionem mihi tēcum fore. (Dig.) 12. Titium hērēdem meum esse iubeō. 13. Cōnstat ad salutem civium inventās esse lēgēs. (Cic.) 14. Iūstum est scelerātōs pūniri. 15. Negō iūs tibi esse fūmum aut aquam in fundum meum immittere. 16. Ariovistus dixit sē prius in Galliam vēnisse quam populum Rōmānum. 17. Cupiō tē Latīnē loquī. 18. Lēgem brevem esse oportet. 19. Sī filius ā patre exhērēdētur, nōminātim exhērēdārī dēbet; aliōquīn nōn prōdest eum exhērēdārī.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma arvan, et seadus karistab. 2. Ulpianus kinnitab (ütleb), et Julianuse seisukoht on õige. 3. Loodan (spērō 1), et vaenlased võidetakse (fut.). 4. Caesar käsib laevu ehitada. 5. Kohtualune ütleb, et ta midagi hagejale ei võlgne. 6. Tunnistan, et olen eksinud.

Harjutus 2. Moodustada infinitiivid järgmistest verbidest: pūnire, trādere, capere, ūtī, exhērēdāre

Dē virtūte ducis.

Epamīnōndās, cum vīcisset Lacedaemoniōs apud Mantinēam atque ipse gravī vulnere exanimārī sē vidēret, quaesivīt salvusnē esset clipeus; cum salvum esse flentēs suī respondissent, rogāvīt, essentnē fūsi hostēs; cumque id quoque ut cupiēbat audivisset, ēvellī iussit eam, quā erat trānsfīxus, hastam.

Nōminātīvus cum infīnitīvō.

XLI

1. Dicunt conventionem valēre. — Conventiō valēre dicitur. 2. Videō frātre[m] beātum esse. — Frāter mihi beātus esse vidētur. 3. Tēstātor vidētur nōn esse sānae mentis. 4. Cōnsuetūdō et mors vim lēgis videntur habēre. 5. Lēgibus hoc facere vetāmur. 6. Nōs nōn vidēmur esse victūrī. 7. Nōn sinor vīnum bibere. 8. Nōminātim autem exhērēdārī vidētur, sive ita exhērēdētur: Titus Filius Meus Exhērēs Estō, sive ita: Filius Meus Exhērēs Estō, nōn adiectō propriō nōmine. 9. Quī vetante praetōre fēcit, adversus ēdictum fēcisse vidētur. (Dig.) 10. Praetor iūs reddere dicitur. 11. Quae rēs pūblica[e] sunt, nūllius videntur in bonis esse; ipsius enim ūniversitātis esse crēduntur. 12. Fortis ac vehemēns orātor exīstimātur esse G. Gracchus. 13. Dēbitor tuus in fraudem

crēditōrum nihil facere vidētur. 14. Quī tacet, cōsentire vidētur. 15. Rōmulus Rōmam condidisse trāditur. 16. Iubeor domī manēre.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Pauli seisukoht näib õige olevat. 2. Arvati, et Sokrates on kõige targem kõikidest kreeklastest. 3. Sa näid kohtunik olevat. 4. Sõdureil kästi linn vallutada. 5. Räägitakse, et roomlased on võitnud Hannibali.

Cōnsecūtiō temporum.

XLII

1. Quid sit fūtūrum crās, fuge quaerere! 2. Nesciō, quid vesper sērus vehat. 3. Nōn intellegunt hominēs, quam māgnū vectīgal sit parsimōnia. 4. Tempora rei pūblicae quālia fūtūra sint, quis scit. 5. Nōtum est, quanta fuerit apud Lacedaemoniōs auctōritās lēgum Lycūrgī. 6. Sapiēns quīdam interrogātus, quid homo pessimum, quid optimum habēret, respondit: „Linguam“. 7. Lacedaemoniī nōn interrogābant, quot essent hostēs, sed ubi essent. 8. Iūdicēs reōs interrogant, quibus causis ad scelera commōti sint. 9. Nescire, quid ante nōs ēgerint hominēs, est in tenebris vīvere. 10. Epaminōndās dēcēdēs amicōs interrogāvit, salvusne clipeus suus esset. 11. Cerēs diū nescivit, ubi filia sua esset, quam Plūto ad inferōs abdūxerat. Ā sōle tandem accēpit, quis eam rapuisset.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Me küsisime, mis kohtunik otsustas. 2. Ütle mulle, mida sa loed. 3. Te küsite, kes selle kirja on kirjutanud (kelle poolt see kiri on kirjutatud). 4. Ma ei tea, kes (kelle poolt — ā quō) mind on kutsunud.

Gerundium.

XLIII

1. Legere dēlectat. 2. Iūs possidendī. 3. Modus vīvendī. 4. Verba dicendī, sentiendī et dēclārandī. 5. Facultās vīvendī. 6. Iūs autem ēdicendī habent magistrātūs populī Rōmānī. 7. Fortiter pūgnandō patriam servāte. 8. Aquaeductus est iūs aquam dūcendī. 9. Dīcendō dīcere, scrībendō scrībere discimus. 10. In statū nāscendī. 11. Ad agendum et ad intelligendum nātī sumus. 12. Gūtta cavāt lapidēm nōn vī, sed saepe cadēndō. 13. Bonae fidēi ēmptor esse vidētur, quī ignōrat ēmptam rem aliēnam esse aut putat eum, quī vēndit, iūs vēvendī habēre. (Dig.) 14. Lēgēs Lycūrgī labōribus ēducābant iuventūtem: vēnandō, currendō, natandō, ēsuriendō, sitiendō. 15. Culpa in ēligendō. 16. Hominis mēns discendō alitur et cōgitandō. 17. Potestās dēcernendī. 18. Līs infitiandō crēscit in duplum.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Edikti väljaandmise õigus. 2. Töötades (töötamisega) sa valmistad enesele rikkusi. 3. Lugemise ja kirjutamise kunst on paljudele inimestele väga raske. 4. Õppimisviis. 5. Ükski eluiga pole õppimiseks hiline (sērus, a, um).

Harjutus 2. Moodustada gerundium järgmistest verbidest:

rīdēre, statuere, ignorāre, vēndere, pūnīre

Gerundivum.

Coniugātiō periphrastica passīvi.

XLIV

1. Iūdex laudandus. 2. Iūstitia est virtūs laudanda. 3. Suī servandī causā. 4. Pacta sunt servanda. 5. Dēliberandum est saepe, statuendum est semel. 6. Argumenta nōn numeranda sunt, sed ponderanda. 7. Dē gustibus nōn est disputandum. 8. Lēx iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contrāria. 9. Nihil sine ratiōne faciendum est. 10. Pāx quaerenda est. 11. Iūs praetōrium est, quod praetōrēs intrōdūxērunt adiuvandī vel supplendī vel corrigendī iūris cīvilis gratiā propter ūtilitātem pūblicam. (Papin.) 12. Sōla cōgitātiō fūrti faciendī nōn facit fūrem. 13. Cēterum cēseō Carthāginem dēlendā esse. (Cato) 14. Vīvis, Catilīna, nōn ad dēpōnendam, sed ad cōnfirmandam audāciam. (Cic.)

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Kõik inimesed peavad surema (kõigil inimestel tuleb surra). 2. Isamaa kaitsmise pärast. 3. Seda oligi tarvis tõestada (dēmōnstrō 1). 4. Mitte palju raamatuid ei ole tarvis lugeda, vaid häid. 5. Kõikidel rahvastel tuleb nõuda rahu.

Lēgēs XII tabulārum.

Rōmānī, ut lēgēs novās scriberent, annō ante aeram nostram CDLIII trēs virōs lēgum cōgnōscendārum causā in Graeciam misērunt. Hī primum Athēnās ad Solōnis lēgēs dēscribendas vērērunt. Tum in aliās Graeciae cīvitātīs ad lēgēs, mōrēs, institūta cōgnōscenda iter fēcērunt. Cum legātī annō CDLII domum revērissent, proximō annō decemvirī lēgibus scribendis creatī sunt. Lēgēs in XII tabulis inscriptae sunt.

Verba sēmidēpōnentia.

XLV

1. Num negāre audes? 2. Urbem illam nātūrā locī mūnitam hostēs oppugnāre nōn ausī sunt. 3. Audendō virtūs crēscit, tardandō timor.

4. Rosā flōrente gaudeō. 5. Frūstrā gavisus sum. 6. Duōbus litigantibus tertius gaudet.

7. Bellum cum captivīs et fēminīs gerere nōn soleō. 8. In potestāte et masculī et fēminae esse solēbant; in manum autem fēminae tantum conveniēbant. 9. Solet ā iūris perītis dīci: „superflua nōn nocent“.

10. Nōtum est prōverbium illud: Fīde, sed cui fidās, vidē! 11. Quī amicōrum auxiliō cōnfidit, is etiam rēs difficiliōrēs forti animō aggredī audēbit. 12. Vitium est et omnibus fidere et omnibus diffidere.

13. Quandō revertēminī in urbem? 14. Legātī post diem tertium ad Caesarem sē reversūrōs esse dīxērunt. 15. Frāter meus nōndum revertit.

Harjutus 1. Tõlkida ladina keelde:

1. Kuulsime vaenlaste kisa, kuid nad ei julgenud võidelda. 2. Te rõõmustate, et kevad läheneb (appropinquō, 1.). 3. Usaldagem neid, kes meid usaldavad. 4. Saadikud pöördusid Rooma tagasi. 5. Rumalal on kombeks end kiita.

Harjutus 2. Konjugeerida järgmised verbid kõigis aegades: reverti ja gaudere

Sum — composita, posse.

XLVI

1. Actor et reus adsunt, sed tēstēs absunt. 2. Dum aberam, amicus meus nēgotia mea gerēbat. 3. Absēns damnātus est. 4. Mē absente, militēs, impetum nē fēceritis! 5. Patriae semper prōsit vīta vestra. 6. Sit sermō lēnis, insit in eō lepōs. (Cic.) 7. Pecūnia dēest. 8. Oberat hostibus patriae et improbīs cīvibus. 9. Nisi imperātor ipse illī proeliō interfuisset, hostēs victōrēs fuissent. 10. Status praesēns. 11. Hasdrubale mortuō Hannibal Poenīs praefuit. 12. Poena sine fraude esse nōn potest. 13. Ultrā posse nēmō obligātur. 14. Reus causam suam dīcere poterat. 15. Faciam, ut poterō. 17. Nōs multa possumus, quae veterēs nōn potuērunt. 18. Quīdam tabulās tēstāmentī ita dēlet, ut tēstāmentum legī nōn possit. 19. Omnis dēfīnitiō in iūre cīvīli periculōsa est: parum est enim, ut nōn subvertī posset.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Keegi ei või kõike teada. 2. Kohtunik võib tunnistajaid mitte usaldada. 3. Õpilane ei suutnud kõike meeles pidada. 4. Olin kasulik, kellele suutsin. 5. Oh kui me võiksime kõiki hädaohte vältida.

XLVII

1. Marcus hērēs meus estō! 2. Tētēs estōte! 3. Prō certō habetōte! 4. Censōrēs bīnī sunt, magistrātum quīnquennium habentō! 5. Salūs populī suprēma lēx estō. (Cic.) 6. Estōte fortēs nēve animōs dēmitōte! 7. Omnia plēbis institūta restituuntō! 8. In duodecim tabulīs haec lēx erat: Hominem mortuum in urbe nē sepelītō nēve ūritō. 9. Amīcītia cum populō Rōmānō hīs lēgibus et condiciōnibus estō! (Liv.) 10. Facitō, quod tibi expedit. 11. Ignōscitō saepe alterī, nunquam tibi! 12. Editō frūgāliter, bibitō moderāte. 13. Nōn satis ést pulchr(a) ésse poémata: dúlcia sūntō. (Hor.) 14. Stichus servus meus liber hērēsq̄ue estō. Cēterī omnēs exhērēdēs sūntō!

Harjutus 1. Tōlkida ladina keelde:

1. Titius peab olema sinu pärija! 2. Oma asja sa pead ise ajama! 3. Te peate raamatut lugema ja jutustama! 4. Ori peab olema vaba ja pärija! 5. Nad peavad minu tunnistajad olema!

Harjutus 2. Moodustada imperātīvus fūtūrī:

dēmittere, dēclārāre, sepelīre, respondēre, reficere

Rēs corporālēs et incorporālēs.

Quaedam rēs corporālēs sunt, quaedam incorporālēs. Corporālēs hae sunt, quae tangī possunt, velut fundus, homo, vestis, aurum, argentum et dēnique aliae rēs innumerābilēs.

Incorporālēs sunt quae tangī nōn possunt, quālia sunt ea, quae in iūre cōsistunt, velut iūs hērēditātis, ūsus frūctus, obligatiōnēs.

Nec ad rem pertinet, quod in hērēditate rēs corporālēs continentur: nam et frūctūs, quī ex fundō percipiuntur, corporālēs sunt, et id, quod ex aliquā obligatiōne nōbīs dēbētur, plērumque corporāle est, veluti fundus, homo, pecūnia.

Nam ipsum iūs successiōnis et ipsum iūs ūtendī-fruendī et ipsum iūs obligatiōnis incorporāle est. Eōdem numerō sunt iūra praediōrum urbanōrum et rūsticōrum, quae etiam servitūtēs vocantur.

ferre et composita.

XLVIII

1. Ferre labōrem cōnsuētūdō docet. 2. Alterā manū fert lapidem, pānem ostentat alterā. (Pl.) 3. Sōlis calor, pluvia, aēr efficiunt, ut terra frūctūs ferat. Sī hae rēs dēessent terra frūctūs nōn ferret. 4. Mercurium Gallī omnium inventōrem artium ferunt, viārum atque itinerum ducem. 5. Timeō Danaōs et dōna ferentēs. (Verg.)

6. Dē lēge ferendā. 7. Dē legē lātā. 8. Dīvus Nerva lēgem agrāriam tulit.

9. Nēmō plūs iūris ad alium trānsferre potest, quam ipse habet. (Dig.) 10. Tempore fūr aufert nocturnō, latrō diurnō. 11. Mancipī vērō rēs sunt, quae per mancipātiōnem ad alium trānsferuntur, unde etiam mancipī rēs sunt dictae, quod autem valet mancipātiō, idem valet in iūre cessio. 12. Agrī in cēsum referēbantur. 13. Refer ad senātum. (Cic.) 14. Reus ab sē culpam in militēs trānsferēbat. (Liv.) 15. Plēbs autem ā populō eō differt, quod appellātiōne populī ūniversī civēs significantur connumerātis patriciīs et senatōribus; plēbis autem appellātiōne sine patriciīs et senatōribus cēterī civēs significantur. (Iustin.)

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Kas te toote siia rahu või relvi? 2. Kandkem seda, mida me kanda suudame! 3. Põlde haritakse, et nad vilja kannaksid. 4. Kui toodi teade, et pärslaste laevastik on võidetud, olid kõik väga rõõmsad. 5. Mis juhus (fors) toob, talu!

velle, nõlle, mälle.

XLIX

1. Pūblium hērēdem meum esse volō. 2. Sī vīs pācem, parā bellum! 3. Quod volumus, ea libenter crēdimus. 4. Nīl volentī difficile est. 5. Illīc vivere vellem. 6. Faciam, quod volueris. 7. Veterēs enim voluērunt fēminās, etiamsī perfectae aetātis sint, propter animī levitātem in tūtēlā esse. 8. Faciant militēs tēstāmenta, quō modō volent, faciant, quō modō poterunt.

9. Frāter quī supererat, nōlēbat ei hērēs esse. (Dig.) 10. Quod nōn vīs, nē fēceris! 11. Quī quae vult dicit, quae nōn vult audit. (Ter.) 12. Ego tē vidēre nōluerim. 13. Nōlēns, volēns. 14. Dūcunt volentem fāta, nōlentem trahunt.

15. Aliēna vitia reprehendī quisque māvult, quam sua. (Quint.) 16. Pācem, quam bellum, mālumus. 17. Herī scribere nōluistī, nunc scribere māvīs quam lūdere.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Ma soovin, et sa oleksid õnnelik. 2. Teen, mida sa tahad. 3. Kui sa enam tahaksid töötada kui magada, oleksid õnnelikum. 4. Ütle, miks sa ei taha õppida ladina keelt.

Codicillus.

Lūcius Titius Seiam et Maeviam, libertōs suōs, aequīs partibus hērēdēs scrīpsit. Deinde cōdicillis ita cāvīt: Lūcius Titius Sēiae hērēdī salūtem. Maeviam, libertum meum, quem in tēstāmentō prō

parte dimidiā hērēdem instituī, eam partem hērēditātis vetō accipere; in eius locum et partem Pūblium Semprōnium hērēdem esse volō.

ire et composita.

L

1. Īre viā rēctā. 2. Quō itis? 3. Nesciō, quō eās. 4. Ī pede faustō! (Hor.) 5. Ībimus illī obviam. 6. Tē itūrum esse trāns mare crēdere nōn possum. (Cic.) 7. Iter est iūs eundī per fundum aliēnum. 8. Fāma crēscit eundō.

9. Tempus abire mihi est. 10. Invitat culpam quī peccātum praeterit. 11. Quī filium in potestāte habet, cūrāre dēbet, ut eum vel hērēdem instituāt vel nōminātim exhēret; aliōquīn sī cum silentiō praeterierit, inūtiliter tēstābitur. 12. Vōx audīta perit, littera scrīpta manet. 13. Trānseāmus nunc ad aliam dīvīsiōnem. 14. Sine prūdentiā nūllum inītur cōnsilium. 15. Sī hostēs flūmen trānsierint, eōs aggrediēmur. 16. Redeunte vēre redeunt avēs migrantēs. 17. Utrum abeāmus an maneāmus? 18. Cōsulī in urbem redeuntī multī cīvēs obviam iērunť.

Harjutus. Tōlkida ladina keelde :

1. Ma lähen homme sinna (eo), kus sa eile olid. 2. Kõik läheb mööda. 3. Võitnud vaenlased (abl. abs.), pöördus konsul Rooma tagasi. 4. Kust te tulete? Mingu nad tagasi laagrisse.

Dē servitūtibus.

Servitūtēs praedicōrum rūsticōrum sunt hae: iter, āctus, viā, aquaeductus. Iter est iūs eundī, ambulandī hominī. Āctus est iūs agendī vel iūmentum vel vehiculum. Viā est iūs eundī, ambulandī et agendī, nam et iter et āctum in sē viā continet. Aquaeductus est iūs aquae dūcendae per fundum aliēnum.

fieri, verba dēfectiva et impersonālia.

LI

1. Reus in exceptiōne fiāt āctor. 2. Ōrātōr fit, poēta nāscitur. 3. Cōnsensū fiunt obligātiōnēs: in ēmptiōnibus-vēnditiōnibus, lōcātiōnibus-conductiōnibus, societātibus, mandātis. 4. Volentī nōn fit iniūria. (Ulp.) 5. Quod nōn vetat lēx, hoc vetat fierī pudor. (Sen.) 6. Nūlla iniūria est, quae in volentem fiāt. 7. Fiāt iūstitia! 8. Adoptiō autem duōbus modīs fit, aut populī auctōritāte aut imperiō magistrātūs velut praetōris! 9. Lēx, quae in fraudem eius facta sunt, rescindit.

10. Dimidium facti, quī coepit, habet. (Hor.) 11. Mementō mori! 12. Meminisse dulce est, quae fuit dūrum pati. (Sen.) 13. Aiunt hominēs plūs in alienō negōtiō vidēre quam in suō. (Sen.) 14. Quī vitia ōdit, nōn hominēs ōdit.

15. Dēlictō dolēre, corrēctiōne gaudēre oportet. 16. Libertās est potestās faciendī id, quod iūre licet. 17. Ex malis mīnima ēligere oportet.

Harjutus. Tõlkida ladina keelde:

1. Nüüd olete te poisid; poisid saavad noormeesteks; noor-
mehed saavad meesteks! 2. Ma kinnitan, et see inimene kuulub
mulle (on minu oma). 3. Mitte kõik, mis on lubatud, pole hea.
4. Ma mäletan sind armastavat häid raamatuid.

TEINE OSA.

LII

Mancipātiō.

1. Mancipātiō est imāgināria quaedam vēnditiō, quod et ipsum iūs proprium cīvium Rōmānōrum est.

Eaque rēs ita agitur: cōram nōn minus quam quīnque tēstibus, cīvibus Rōmānis puberibus, et praetereā aliō eiusdem condiciōnis quī libram aēneam teneat, quī appellātur libripēns, is quī mancipiō accipit aes tenet et ita dīcit:

HUNC EGO HOMINEM IŪRE QUIRĪTIUM MEUM ESSE
AIŌ ISQUE MIHI ĒMPTUS ESTŌ HŌC AERE AENEĀQUE
LĪBRĀ.

Deinde aere percutit libram idque aes dat ei, ā quō mancipium accipit, quasī pretiī locō (Gāius).

2. Ideō autem aes et libra adhibētur, quia ōlim aereīs tantum nummīs ūtēbantur, nēc ūllus aureus vel argenteus in ūsū erat, sicut ex lēge Duodecim tabulārum intellegere possumus. Eōrumque nummōrum vīs et potestās nōn in numerō erat, sed in pondere (Gāius).

3. Mancipātiō locum habet inter cīvēs Rōmānōs eōsque peregrīnōs, quibus commercium datum est (Ulp.).

LIII

In iūre cessiō.

1. In iūre cessiō hōc modō fit: apud magistrātum populi Rōmāni, velut praetōrem, is cui rēs in iūre cēditur, rem tēnēns ita dīcit: „Hunc ego hominem ex iūre Quirītium meum esse aiō.“ Deinde postquam hic vindicāverit, praetor interrogat eum, quī cēdit, an contrā vindicet. Quō (= eō) negante aut tacente tunc eī, quī vindicāverit, eam rem addīcit. Hoc fierī potest etiam in prōvinciīs apud praesidēs eārum.

2. Plērumque tamen mancipātiōnibus ūtimur: quod enim ipsi per nōs praesentibus amicis agere possumus, hoc nōn interest nec necesse (est) cum maiōre difficultate apud praetorem aut apud praesidem prōvinciae agere (Gāius).

3. In iūre cessiō fit per trēs persōnās: in iūre cēdentis, vindicantis, addicentis.

In iūre cēdit dominus; vindicat is, quī cēditur; addicit praetor (Ulp.).

LIV

Epistula.

Sēia ita epistulam ēmisit:

„Lūciō Titio salutem. Si in eōdem animō et eādē affectiōne circā mē es, quō semper fuisti, ex continentī acceptis litteris meis distractā rē tuā, veni hūc. Tibi, quamdiū vivam, praestābō annuōs decem. Sciō enim, quia (= quod) valdē mē bene amās.“

Lūcius Titius et rem suam distrāxit et ad eam vēnit. Quaerō, an Lūciō Titio ex hāc epistulā salārium annuum debeātur.

Scaevola respondit: „Ex persōnis causisque praetorem aestimātūrum esse, an actiō danda sit“ (Dig.).

LV

Dē iūre persōnārum.

1. Omne iūs, quō ūtimur, vel ad persōnās pertinet vel ad rēs vel ad actiōnēs. Prius vidēamus dē persōnis. Summa dīvisiō dē iūre persōnārum haec est, quod omnēs hominēs aut liberī sunt aut servī. Rūrsus liberōrum hominum alii ingenuī sunt, alii libertinī.

Ingenuī sunt quī liberī nātī sunt; libertinī, quī ex servitūte manūmissi sunt (Gāius).

2. Est autem manūmissiō dē manū missiō, id est, datiō libertātis: nam quamdiū quis in servitūte est, manū et potestātī suppositus est, manūmissus autem liberātur potestāte (Dig.).

3. Sequitur dē iūre persōnārum alia dīvisiō: nam quaedam persōnae suī iūris sunt, quaedam alienō iūri sunt subiectae. Rūrsus eārum persōnārum, quae aliēno iūri subiectae sunt, aliae in potestāte, aliae in manū sunt (Gāius).

4. Videāmus nunc dē iis, quae aliēno iūri subiectae sunt: nam si cōgnoverimus, quae illae persōnae sint, simul intellegēmus, quae suī iūris sint. Ac prius dispiciāmus dē iis, quī in aliēnā potestāte sunt.

In potestāte itaque sunt servī dominōrum, quae (= et ea) potestās iūris gentium est: nam apud omnēs gentēs animadvertere possumus dominis in servōs vitae necisque potestātem esse, et quodcumque per servum acquiritur, id dominō acquiri (Gāius).

5. Sed hōc tempore neque cīvibus Rōmānis nec ūllis aliis hominibus, quī sub imperiō populī Rōmānī sunt, licet suprā modum et sine causā in servōs saevire: male enim nostrō iūre ūtī nōn dēbēmus (Gāius).

6. Item in potestāte nōstrā sunt liberī nostri. Quod (= et id) iūs proprium cīvium Rōmānōrum est: ferē enim nūllī aliī sunt hominēs, quī tālem in filiōs suōs habent potestātem, quālem nōs habēmus (Gāius).

LVI

Genera āctiōnum.

Genera āctiōnum duo sunt: in rem et in persōnam. In persōnam āctiō est, quā agimus cum aliquō, quī nōbīs vel ex contractū vel ex dēlictō obligātus est, id est quotiēns intendimus eum dare, facere, praestāre, oportēre.

In rem āctiō est, cum aut corporālem rem intendimus nostram esse, aut iūs aliquod nōbīs competere, velut ūtendī, fruendī, eundī, agendī vel aquam dūcendī.

Appellantur autem in rem āctiōnēs — vindicātiōnēs, in persōnam vērō āctiōnēs, quibus intendimus dare, fierīve, oportēre — condictiōnēs.

Āctiōnēs, quās in ūsū veterēs habuērunt, lēgis āctiōnēs appellābantur.

LVII

In manum conventiō.

1. In potestāte et masculī et fēminae esse solent; in manum autem fēminae tantum conveniunt.

2. Ōlim tribus modīs in manum conveniēbant: ūsū, farreō, coēmtiōne.

3. Ūsū in manum conveniēbat, quae annō continuō nūpta perseverābat, quia velut annuā possessiōne ūsū capiēbātur, in familiam virī trānsibat filiaeque locum obtinēbat.

4. Ut lēge Duodecim tabulārum cavētur, mulier, quae nōlēbat eō modō in manum marītī convenīre, quotannis trinocitiō poterat abesse atque eō modō cuiusque annī ūsum interrumpere.

Sed hoc tōtum iūs partīm lēgibus sublātum est, partīm ipsā dēsuetudine oblīterātum est.

5. Farreō in manum conveniunt per quoddam genus sacrificiī, in quō farreus pānis adhibētur, unde etiam confarreātiō dicitur. Quod (= id) iūs etiam nōstrīs temporibus in ūsū est, nam flāminēs maiōrēs item rēgēs sacrōrum, nisi ex farreātīs nātī, nōn leguntur.

6. Coëmptiōne vērō in manum conveniunt per mancipātiōnem, id est per quandam imāgināriam vēnditiōnem: nam cōram nōn minus quam quīnque tēstibus civibus Rōmānis pūberibus, item libripēde, emit is mulierem, cuius in manum convenit (Gāius).

LVIII

Dē prōdigis.

1. Lēgi Duodecim tabulārum prōdigō interdicitur bonōrum suōrum administrātiō, quod mōribus ab initiō intrōdūcēbatur (Dig.).

2. Mōribus per praetōrem bonis interdicitur hōc modō: „Quandō bona paterna avitaeque nēquitiā tuā disperdis liberōsque tuōs ad egestātem perdūcis, ob eam rem tibi aere commerciōque interdīcō“ (Paulus).

LIX

Dē tēstibus.

Adhibērī tēstēs possunt nōn solum in crīminālibus causīs, sed etiam in pecūniāriis litibus.

Quibusdam lēgibus amplissimus numerus tēstium dēfīnitus est, tamen ex cōstitūtiōnibus principum haec licentia ad sufficientem numerum coartātur.

Iūdicēs eum solum numerum tēstium ēvocārī permittunt, quem neccessārium esse putant.

Tēstēs nōn ēvocandī sunt per longum iter et multō minus militēs advocandī sunt ā signīs.

Tēstium fidēs exāminanda est.

Ideōque in persōnā eōrum explōranda erunt: in primīs condiciō cuiusque, utrum quis decuriō an plēbēius sit, et an honestae et inculpatae vitae, an vērō notātus quis et reprehensibilis; an locuplēs vel egēns sit; vel an inimicus eius sit, adversus quem tēstimōnium dat, vel amicus eī sit, prō quō tēstimōnium dat.

Neque patrōnī adversus libertōs neque libertī adversus patrōnōs tēstimōnium dicere cōguntur.

Divus Hadrianus prōcōsulī Macedoniae rescripsit tēstibus sē, nōn tēstimōniis crēditūrum esse.

Verba epistolae ad hanc partem pertinentia haec sunt: Crīmina obiēcit apud mē Alexander Aprō; ea nōn probābat nec tēstēs prōdūcēbat, sed tēstimōniis ūtī volēbat, quibus apud mē locus nōn est, nam ipsōs interrogāre soleō. Eum remisī ad prōvinciae praesidem, ut is dē fidē tēstium quaereret.

Idem prīnceps in haec verba rescripsit: alia est auctōritās praesentium tēstium, alia tēstimōniorum quae recitārī solent (Dig.).

SÕNASTIK JA SELETUSED

Esimene osa

I

1. **Eurōpa**, *ae f.* Euroopa
terra, *ae f.* maa (*territorium*)
Italia, *ae f.* Itaalia
Lȳdia, *ae f.* Lydia
5. **et** ja; **ka**; **et** — **et** nii . . . kui, niihästi . . . kui ka
Anna, *ae f.* Anna
amica, *ae f.* sõbratar, sõber
agricola, *ae m.* põlluharija, põllumees
arō, *l.* kündma
10. **nauta** (**nāvita**), *ae m.* meremees
nāvigō, *l.* laevaga sõitma, laevatama (*navigatsioon*)
magistra, *ae f.* (nais)õpetaja
discipula, *ae f.* (nais)õpilane
īnsula, *ae f.* saar
15. **patria**, *ae f.* (*scil.* terra) isamaa (*patriotism*)
puella, *ae f.* tütarlaps, tüdruk, neiu
ad-optō, *l.* lapsendama, adopteerima
in (*praep. c. acc.*) sisse, -sse; peale, -le;
(*praep. c. abl.*) sees, -s; peal, -l
Āfrica, *ae f.* Aafrika
20. **silva**, *ae f.* mets
palma, *ae f.* palm
cōpia, *ae f.* tagavara, küllus; hulk; *pl.* sõjavägi
aqua, *ae f.* vesi (*akvaarium*)
amō, *l.* armastama
25. **fēmīna**, *ae f.* naine
tūtēla, *ae f.* eestkoste
stēlla, *ae f.* (taeva)täht
via, *ae f.* tee
mōnstrō, *l.* näitama, märkima (*demonstratsioon*)
30. **īra**, *ae f.* viha
saepe sagedasti, sageli
causa, *ae f.* põhjus; (kohtu)asi, protsess

- iniūria**, ae f. ülekohus
poēta, ae m. (kr. s.) luuletaja, poeet
 35. **industria**, ae f. usinus, töökus
laudō, 1. kiitma, ülistama
vīta, ae f. elu (*vitamiin, vitaalne*)
lūna, ae f. kuu (taevakeha)
nōn ei, mitte
 40. **cūr?** mispärast? miks?
male halvasti
labōrō, 1. end pingutama, töötama (*laboratoorium*)
ibi seal
victōria, ae f. võit
 45. **ubi** kus, kui
concordia, ae f. üksmeel
historia, ae f. (kr. s.) (aja)lugu
cūra, ae f. hool, mure; hoolitsus; hooldus

II

1. **culpa**, ae f. süü(tegu); hooletus
negō, 1. eitama, tagasi lükkama (*negatiivne*)
calumnia, ae f. laim, valesüüdistus
causā (*postpos. c. gen.*) põhjusel, pärast, tõttu, otstarbel
 5. **valeō**, 2. täies jõus, tugev olema; kehtiv olema, kehtima;
imperat. valē! valēte! ole terve! olge terved! hüvasti! head
 tervist! nägemiseni!
figūra, ae f. kuju, vorm, figuur
littera, ae f. kirja(täht); *pl.* kiri; kirjandus, teadus (*literatuur*)
habeō 2. omama
studeō, 2. õppima (*c. dat.*)
 10. **dēbeō**, 2. kohustatud olema; pidama; võlgnema (*deebet*)
pecūnia, ae f. raha
fīlia, ae f. tütar (*fīliaal*)
dō, 1. andma
cūrō, 1. (cūra) hoolitsema, hoolt kandma (*kuraator, kura-*
toorium)
 15. **nōli!** **nōlite!** ära! ärge! *c. inf.*
accūsō, 1. (**ad, causa**) süüdistama (*accūsātivus*)
nihil (nīl) ei miski, ei midagi (*nihilism*)
flōreō, 2. õitsema, õitsel olema
sententia, ae f. arvamus, seisukoht; otsus (*sentents*)
 20. **Scaevola**, ae m. = **Quīntus Mūcius Scaevola**, (kuulus rooma
 jurist *I sajand e. m. a.*)
probō, 1. heaks kiitma
rogō, 1. küsima
respondeō, 2. vastama
quis? **quid?** kes? mis?

25. **doceō**, 2. õpetama
ego mina (*egoism*)
videō, 2. nägema
libra, ae *f.* kaal
teneō, 2. hoidma
30. **cum** kui
optō, 1. soovima
interrogō, 1. (**inter**, **rogō**) küsima
taceō, 2. vaikima
centum sada
35. **spondeō**, 2. vandega tõotama, lubama
experientia, ae *f.* katse; kogemus
scientia; ae *f.* teadmine, teadus
potentia, ae *f.* jõud, võim
pigritia, ae *f.* laiskus
40. **inopia**, ae *f.* vaesus, puudus
haud ei, mitte, sugugi mitte
errō, 1. ekslema; eksima
fāma, ae *f.* kuulujutt, kuuldus
notō, 1. ära märkima, tähele panema; häbimärgistama
45. **bene** hästi
notā bene (*lüh. NB*) pane hästi tähele
contumācia, ae *f.* alistamatus; sõnakuulmatus
cumulō, 1. kuhjama; suurendama
poena, ae *f.* karistamine, karistus
50. **maneō**, 2. jääma; püsima
in sententiā manēre arvamuse, seisukoha juurde jääma

III

1. **Latinē** ladina keeli
legō, 3. lugema
scribō, 3. kirjutama
condemnō, 1. (**com-**, **damnō**) süüdi mõistma
5. **tū** sina
absolvō, 3. (**ab**, **solvō**) vabaks, õigeks mõistma (*absoluutne*)
quid (küsiiv pron.), **quod** (*siduv pron.*) mis, mida
agō, 3. tegema, toimima, (asja) ajama
dēfendō, 3. kaitsma
10. **dīcō**, 3. (*imperat. dīc!*) ütleva, rääkima; kinnitama
sī kui (tingimuslauses)
vīvō, 3. elama
multum (**multus**) palju
tabula, ae *f.* tahvel; *pl.* testamendi tahvlikesed
15. **discō**, 3. õppima
fābula, ae *f.* lugu, (muinas)jutt
libenter heameelega, meelsasti

- solvō, 3. lahti päästma; maksma
 vincō, 3. võitma
 20. dum kuni, seni kui, nii kaua kui, sellal kui
 causam dicere kohtu ees vastust andma, kohtu ees end kaitsma
 cūstōdiā, ae f. valve
 addūcō, 3. (ad, dūcō) juurde juhtima; in custōdiam addūcere
 vahi alla võtma, vahistama
 schola, ae f. (kr. s.) kool
 25. sed kuid, vaid
 primō esialgu, algul
 dēliberō, 1. kaalutlema, järele mõtlema
 deinde seejärel, seepeale
 epistula, ae f. (kr. s.) kiri, läkitus (epistel)
 30. ērubescō, 3. punastama
 quī kes
 edō, 3. sööma

IV

1. faciō, 3. (imperat. fac!) tegema
 fugiō, 3. põgenema (fuuga)
 hōra, ae f. (kr. s.) tund
 annī aastad
 5. vēndō, 3. müüma
 accipiō, 3. (ad, capiō) vastu võtma, (kätte) saama
 nātūra, ae f. loodus; loomus
 frūstrā asjata, ilmaaegu
 prōmittō, 3. (prō, mittō) lubama, töötama
 10. audiō, 4. kuulma, kuulama (auditorium, audients)
 intellegō (intelligō) 3. (inter, legō) aru saama, mõistma
 sciō, 4. teadma
 quia seepärast et, sest (et)
 serviō, 4. teenima (c. dat.) (serveerima, serviis)
 15. honestē ausalt, auväärselt
 interdiū päeval
 noctū öösel
 dormiō, 4. magama
 nesciō, 4. (nē-, sciō) mitte teadma
 20. pūniō, 4. karistama
 tantum . . . quantum nii palju . . . kui palju
 memoria, ae f. mälu, meespidamine; mälestus
 memoriā (abl. sing.) tenēre meeles pidama (mälu abil hoidma)
 cūstōdiō, 4. valvama, silmas pidama
 25. cōnsentiō, 4. (com-, sentiō) nõus olema, nõustuma
 sapientia, ae f. tarkus
 glōria, ae f. kuulsus
 divitiae, ārum f. rikkus
 ut . . . ita nagu . . . nõnda

30. **sentiō**, 4. tundma; mõtlema
quaerō, 3. otsima, küsima
reperiō, 4. (üles) leidma

V

1. **reus**, *i m.* süüalune, kohtualune; kostja
amicus, *i m.* sõber
salvē! **salvēte!** tere! ole, olge tervitatud!
magister, *tri, m.* ülem, õpetaja (*meister*)
5. **ad** (*praep. c. acc.*) juurde, juures; pool(e); (kuni)-ni; -ks
discipulus, *i m.* (mees)õpilane
veniō, 4. tulema
advocātus, *i m.* (**advocō**) juurdekutsutu (kaitseks); advokaat
arbiter, *tri m.* vahekohtunik
10. **aut** või; **aut . . . aut** kas . . . või
Stichus, *i m.* Stichus (*sagedane orja nimi roomlastel*)
servus, *i m.* ori
L. = Lūcius
Lūcius Titius, *i i m.* Lucius Titius
15. **dominus**, *i m.* (**domus**) isand, peremees; omanik
dūcō, 3. (*imperat. dūc!*) juhtima
fundus, *i m.* maa, maatükk, krunt (*vundament*)
P. = Pūblius
Pūblius Semprōnius, *i i m.* Publius Sempronius
20. **emō**, 3. ostma
avē! **avēte!** tere! ole, olge tervitatud!
Pūblius Ovidius Nāsō, *i i ōnis m.* Publius Ovidius Naso
(*rooma luuletaja a. 43 e. m. a. — 17 m. a. j.*)
Romāni, *ōrum m.* roomlased
Rōma, *ae f.* Rooma
25. **populus**, *i m.* rahvas (*populaarne*)
iubeō, 2. käskima
cōstituō, 3. (**com-**, **statuō**) (kindlaks) määrama, otsustama
(*konstitutsioon*)
vīcīnus, *i m.* naaber
equus, *i m.* hobune
30. **Petrōnius = C. Petrōnius Arbiter**, *i i i m.* C. Petronius
Arbiter (*rooma kirjanik I sajandil m. a. j.*)
ēlegantia, *ae f.* peenus, elegants(us)
lupus, *i m.* hunt; **lupus in fābulā** hunt valmis (*s. t. et keegi,*
kellest just parajasti oli jutt, akki ilmub)
elephantus, *i m.* elevant
ex, *ē* (*praep. c. abl.*) seest, -st
35. **musca**, *ae f.* kärbes
deus, *i m.* jumal
māchina, *ae f.* seadeldis, masin

deus ex mächinā „jumal masinast“ (*antiikses teatris jumalate ilmutumise, mis põhjustas dramaatilise konflikti lahenduse. Jumala ilmutumise toimus igasuguse tehnilise seadeldise, nn. „machina“ abil.*)

prōdigus, ī m. (prō, agō) pillaja, raiskaja

VI

1. **bellum, ī n.** sõda
incola, ae c. (in, colō) elanik
periculum, ī n. (hāda)oht; riisiko, risk
parō, l. valmistama
5. **mora, ae f.** viivitus
tēstāmentum, ī n. testament, viimne soov
praemium, ī n. (au)tasu, preemia
vir, virī m. mees; abikaasa
arma, ōrum n. sõjariistad, (kaitse)relvad (*armatuur*)
10. **liber, brī m.** niin; raamat
quasi (quam, sī) justkui, nagu
ager, grī m. põld; väli
frūmentum, ī n. teravili
praebeō, 2. (kätte) andma
15. **mūrus, ī m.** müür
praesidium, ī n. (prae, sedeō) kaitse (*preslidium*)
oppidum, ī n. linn
inter (praep. c. acc.) vahel, keskel, seas; kestel, ajal
locus, ī m. koht; **pl. loca, ōrum n.** maakohad; **loci, ōrum m.**
 kohad raamatus (*lokaal, lokaaine*)
20. **ōtium, ī n.** jõudeolek, puhkus; rahu(aeg)
argūmentum, ī n. tunnus, tõend, argument
ab, ā (praep. c. abl.) juurest, -st; poolt, -lt
contrārius, ī m. vastaspool, vaenlane
curriculum, ī n. (currō) jooks, kulg
25. **ignōrantia, ae f. (ignōrō)** mitteteadmine, mittetundmine
sine (praep. c. abl.) ilma, -ta
studium, ī n. (studeō) harrastus, ind; õppimine, õping, stuudium; **sine irā et studiō** „vihata ja eelistuseta“, s. o. erapooletult, tsitaat Tacitus'est
mūtuum, ī n. laen, muutlaen (*asendatava asja, nagu raha, toiduainete üleandmine omandiks võlgnikule kohustusega anda tagasi samas hulgas ja samas väärtuses*)
inimicus, ī m. (in-, amicus) vaenlane, vastane
30. **officium, ī n.** kohustus, kohus; **ex officiō lüh. e. o.,** ametilt, ameti poolest
verbum, ī n. sõna (**verb**)
exemplum, ī n. näide, eeskuju
trahō, 3. tõmbama, vedama, kaasa kiskuma
āctum, ī n. akt (1. *juriidilist tagajärge tekitav toiming, tegu;*

2. *igasugune juriidilise tähtsusega dokument; protokoll*
 3. *toimik, kaust, kuhu koondatakse kõik teatavasse asjasse puutuvad dokumendid; ad acta* toimikuisse
35. **post** (*praep. c. acc.*) taga, taha; pärast
negōtium, ī n. (nē-, ōtium) tegevus, tehing, toimetus, töö
ēmendō, 1. õiendama, parandama, puudusi, vigu kõrvaldama
initium, ī n. algus, alge (*initsiaal, initsiatiiv*)
insānia, ae f. (in-, sānus) meeletus, pöörasus, mõttetus

VII

1. **Jūlius Paulus, ī ī m.** Julius Paulus (*rooma jurist, elas III s.*)
vērus, a, um (vērum) tõeline, õige
puer, erī m. laps, poiss
Latinus, a, um ladina
5. **clārus, a, um** selge, kuulus
lātus, a, um lai, avar
māgnus, a, um suur
ōrnō, 1. kaunistama, ehtima
iūstus, a, um õiglane, õige; seaduslik
10. **variū, a, um** mitmesugune, vahelduv, muutlik (*variant*)
fōrma, ae f. vorm, kuju, välimus
A. = Aulus, ī m.
Agerius, ī m. Agerius (*agō, agere esinema kohtus; sümboolne hageja leppenimi rooma juristide näidetes*). **AA = Aulus Agerius**
N. = Numerius, ī m.
15. **Negidius, ī m.** Negidius (*negō, negāre eitama, samuti kostja leppenimi*) **NN = Numerius Negidius**
adversārius, ī m. vastane, vastaspool, vaenlane
aēneus, a, um (aes) vaskne
probus, a, um hea, tubli, aus
diligentia, ae f. (diligēns) hoolsus, püüdlikkus
20. **noster, stra, strum (nōs)** meie (oma)
vester, tra, trum (vōs) teie (oma)
suus, a, um tema, nende (oma)
meus, a, um (voc. mi!) minu (oma)
culpa lāta raske hooletus, jäme hooletus (*vahendite mitte-tarvitamine, mida oleks pidanud iga inimene tarvitama*)
25. **per (praep. c. acc.)** läbi, mööda, jooksul; abil, tõttu
Rōmānus, a, um rooma
liber, era, erum vaba (*liberaalne*)
atque (ac) ja (ka), ning
filius, ī m. (voc. sg. fili!) poeg
30. **asper, era, erum** karm, kare, raske; *subst. aspera, ōrum, n.* karmused, raskused
astrum, ī n. taevakeha, (taeva)täht; **per aspera ad astra** „raskuste kaudu tähtede poole“ (s. o. võidule)

- ✓ **dolus**, *i m.* kavalus, tahtlus, (võlgniku) tahtlik tegevus, pettus
- ✓ **malus, a, um** halb, paha; kuri
